

**Tabula smaragdina medico-pharmaceutica : In qua sexcentorum ...
medicamentorum in nullo dispensatorio obviorum ... descriptio ... legitur /
[Philipp Fraundorffer].**

Contributors

Fraundorffer, Philipp, approximately 1650-1702.

Publication/Creation

Venice : J. Bertella, 1754.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ydx3juu4>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



23, 4 84/5

902

10



(1)

T A B U L A S M A R A G D I N A Medico - Pharmaceutica;

In qua

Sexcentorum contra omnis generis morbos probatissimorum selectissimorumque Medicamentorum; in nullo Dispensatorio obviatorum, sed partim ex optimis & hoc tempore nominatissimis Practicis desumptorum, partim ab Amicis communicatorum, partim ex privatis manuscriptis erutorum, partim denique propria industria adinventorum, fidelis & accurata Descriptio, ordine, ut vocant, alphabetico, insculpta legitur.

Cum Indice Morborum, & Medicamentorum.

O P U S

Et Medicis, & Chirurgis, & Pharmacopœis perutile:

S T U D I O

PHILIPPI FRAUNDORFFER

Phil. & Med. Doct. in Marchionatu Moraviæ
Phys. Provinc. Regii, Acad. Cæsareo - Leopoldinæ Nat. Cur. Collegæ, d. Herodici.

EDITIO VENETA MULTUM AUCTA.



VENETIIS, MDCCLIV.

Apud Josephum Bertella.

S U P E R I O R U M P E R M I S S U.



P R Æ F A T I O

AD LECTOREM.

BENEVOLE LECTOR.



Ecte Hippocrates
lib. de veteri Me-
dic. arg. 2. *Quemad-
modum aliarum om-
nium artium artifices
multum inter se differunt, tum
manum, tum mente; sit etiam in
Medicina; Hinc est, quod, li-
cet plurima ubique diversorum
Authorum prostant Dispensa-
toria, innumerorum Medica-
mentorum varietatem in sese
continentia, novitatis tamen
non minus, quam efficaciorum
semper remediorum avidus ani-*
A 2 mus,

mus, meliora usque inquirat,
& nova a practicis exoptat com-
posita; (quorum nimirum ad-
miniculo unice laudatus Hipp.
lib. de arte arg. 20. scribit: *Me-
dicus, si quidem suffecerit ad co-
gnosendum, sufficiet etiam ad sa-
nandum.*) Huic igitur commu-
ni appetitui, ac veluti innato
Medicorum desiderio, ut ex
parte satisfaciam, *Tabulam* hanc
*Smaragdinam Medico - Pharma-
ceuticam.* Sexcentorum contra
omnis generis morbos probatif-
simorum selectissimorumque
Medicamentorum, in nullo
Dispensatorio descriptorum,
sed partim ex optimis & hoc
tempore nominatissimis Practi-
cis desumptorum, partim ab
Ami-

Amicis communicatorum, (inter quos Nobilissimus, Excel-
lentissimus atque Experientif-
simus Dominus, Georgius A-
brahamus Mercklinus, Reve-
rendiss. & Sereniss. Princip. Pa-
lat. Supremi Teutonici Ord.
Magni Magistri Consiliarius
Med. & Reipubl. Norimberg.
Physicus &c. cum Nobiliss. &
Excell. Filio Johanne Abraha-
mo Mercklino Medic. Docto-
re & Reipubl. Norimberg. Phy-
sico, primas tenet) partim ex
privatis manuscriptis eruto-
rum, partim denique propria
industria adinventorum, nu-
perque pro privato commodo
in hunc ordinem redactorum,
publicam facere volui. Verum

cum hac faltem admonitio-
ne: ne in horum præscriptio-
ne & usu *ἀμερόδως* agas, fed, ut
monet Hipp. lib. de steril. arg.
18. *Conare ut Physicus sis, ad
hominis habitum & robur respi-
ciens. Cæterum vale, & cum
commodo fruire hoc qualicun-
que labore.*

NOMINA AUTORUM

Qui mecum ad hanc Tabulam concurrerunt.

A Lbrech
Amatus Lusitan.

Andernacus

Anderfonus

Andrigethus

Anglicus

Arvisæus

Avicennas

Barbette

Becherus

Belzerus

Bierlingius

Blasius

BonteKoe

Borrius

Brambachius

Bucretius

Burnetus

Bussius

Capivaccius

Carrichterus

CeKKius

Clauderus

Clavius

Cnoffelius

Cocus

Conciliator

Colterus

Craanen

Crato

DeKKerus

Dorerus

Doringius

Dolæus

Elidæus

Ettmullerus

Fabritius

Fehrius

Felverus

Fernelius

Ferrantes

Fletvvodius

Forestus

Francus

Freitagius

Fuchsius

Fuscharenus

Galenus

Glanzius

Grulingius

Gutteta

Haddenius

Hanemannus

Hartmannus

Herlinus

Hippocrates

Hoffmann Frid.

Goffmaan Maur.

Hollerius

Horstius

Jessenius

JungKen

Juchius

Keglerus

Kolreuterus

Krafftius

Kyperus

Langius

Laurentius

Lentilius

Lotichius

Luchtenius

Magattus

Majus
 Masiero
 Matthiolus
 Maxvellus
 Mayerne
 Mercatus
 Mercklinus Pater
 Mercklinus Filius
 Mesue
 Metzgerus
 Meybomius
 Michaelis
 Mobius
 Mollenbroecchius
 Morellus
 Muffatius
 Nævius
 Noslerus.
 Opilio
 Ortelius
 Ofsvald
 Palmarius
 Pantaleon
 Paracelsus
 Paræus
 Pereda
 Platerus
 Ramlovius
 Refenbode
 Reinesius
 Riverius
 Roderus
 Roet
 Rolincius
 Rollvvagius
 Rondeletius
 Rothius
 Rulandus

Salis
 Schallerus
 Schenckius
 Schillingius
 Schneiderus
 Schvvalenbergerus
 Scretæ
 Seglerus
 Sennertus
 Sleppecrellius
 Smidmair
 Solenander
 Sorbait
 Sparrius
 Stapedius
 Stegmannus
 Stockhammerus
 Strobelbergerus
 Sydenham
 Sylvaticus
 Sylvius
 Tabernæmontanus
 Timæus
 Tuchschererus
 Tudecius
 Valescus de Taranta
 Vvedelius
 Vveinslinus
 Vvepfferus
 Vverthern
 Vviers
 Vvillis
 VvincKlerus
 Vvirfungus
 Vvirzius
 Zapata
 Zobelius

Et plures alii.

I. ACETUM

Alexipharmacum D. Bernh. Herlini Medic. Coburg.



EC. Rad. Angelic. Rad. Ostrutt. Rad.
Bistort. Rad. Zedoar. ana ℥ iij. Fol.
scord. Fol. Card. ben. Fol. Absinth.
ana M. ss. Bacc. lauri, Bucc. Junip.
ana ℥ j.

M. contus. infund. in acet. destill.
q. s. Stet per dies 4. postea filtratur

& servetur pro usu.

Dos. cochlear. i. ii. iii.

2. Acetum Antipestilentiale D. Langii.

Resp. Cap. mort. Vitrioli a falsed. liberat. q. s.

Inde retortæ vitreæ, affunde aceti destillat. ad
eminentiam duorum digitorum; & mox induet pla-
ne viridem colorem.

Hujus aceti tempore pestis tantillum carbonibus
ardentibus injicitur, ut & cum spongia Ægrotantis
naribus, summo cum emolumento, affricatur.

3. Acetum Pestilentiale Romanum Anni 1656.

Resp. Aceti fortiss. q. s. Rutæ hort. Pimpinell. Be-
ronic. Nuc. jugland. Alii Baccar Junip. ana part. æq.
Camphoræ ℥ j. vel q. s.

F. Infusio per 40. dies in loco calido.

Dos. Cochlear. i.

4. Ace-

4. Acetum Theriacale Timæi & Guldenkleee.

Res. Conf. Orvietan. ℥. ii. Diascord. Frac. ℥. i. ℞. Theriac. Androm. ℥. i. Rad. Angelic. Rad. Contrajerv. Rad. Enulæ; Rad. Pimpinelle, Rad. Tormentille, Rad. Scorzon. Rad. Dictam. alb. Rad. Petasit. ana ℥. vi. Fol. scord. Fol. Rutæ, Fol. Millefol. ana M. i. Flor. calendul. Flor. Tunicæ ana M. ℞. Cort. fraxini, Cort. Citri ana ℥. ℞. Baccar. Junip. ℥. ii. ℞. Macis, Zedoar. ana ℥. ii. Camphore ℥. ii. Croci orient. ℥. i. Myrrhæ el. ℥. ℞. Aceti ex succ. rub. idæi q. s.

Stent in infus. loco calido bene tecta, donec extrahatur Tinctura, cujus colatura ad usum servetur.

Dos. cochlear. i. vel alterum.

5. Antidotus Convulsiva Norimbergensi secundum Sennertum.

Res. Visci querc. Rad. Pæon. ana ℥. i. Castor. Salviæ ana ℥. ℞. Baccar. lauri, Cranii humani usti ana ℥. i. Theriac. el. Mithridat. opt. ana ℥. vi. Mell. despumat. ℔. ii. M. F. Elect.

Dos. ℥. ℞. ad ℥. j. & ℥. ij.

6. Apozema Aperiens & antiscorbuticum D. Sydenham.

Res. Rad. gramin. Rad. Cichor. Rad. Fœniculi, Rad. Asparag. ana ℥. i. Uvar. Corinthiac. Passul. enucleat. ana ℥. ii. Fol. epat. Fol. Lingæ cerv. Fol. Capill. ven. ana M. i. Fol. Beccabung. sub finem add. M. ii.

Coq. in s. q. aq. font. ad ℔. ii. sub finem adde vini Rhen. ℔. ℞. colatura adhuc calente infunde ad 2. horas vale clauso.

Cochlear. hortens. M. i. colat. adde Syr. e 5. rad. e succo aurant. ana ℥. ii. aq. cinam. hordeat. ℥. i.

M. F. Apozema.

7. Apo-

7. Apozema Vulnerarium Sylvatici.

Resp. Liquirit. ras. ℥ i. Caryophyll. Comar. rub. gallar. Comar. Consolid. major. & Consol. minor. Comar. Fragar. Comar. Pilosell. Comar. Verben. Comar. Pulmonar. Comar. Tormentill. Comar. Millesfol. ana M. i. Comar. Rubiæ tinctor. M. ii. Vini albi, Aquæ fabar. ana ℥. xv.

Bulliant omnia ad medietatem, consumptum coletur, adde *mell. optim. ℥ vi.* bulliant iterum continuè despumando, & cum albumine ovi clarificentur.

8. Aliud D. à Vverthem, secretissimum.

Res. Herb. apii vel beder. arbor. M. iii. Herb. Pyrol. M. ix. Herb. Veron. M. iii. Alb. græc. ℥. ss.

Inde cucurbitæ & ter cum cerevisia veteri nondum tamen acida destilla. Cerevisia destillata semper reaffundatur materiæ novæ & reservetur tandem usui.

Dosis cochlear. i. mane, vesperi & noctu. Mira præstat in omnibus Vulneribus.

9. Apozema ad Herniam D. Barbette.

Res. Osmundæ Regal. Herniarie ana M. i. Rad. consolid. maj. Rad. Bistort. ana ℥ i. ss. Flor. hyperic. M. i. Sem. anisi ℥. ii. coq. ex vino rubro, colat. ℥ i. ss. adde

Syr. de symphyt. Fern. ℥. ii.

M. F. Apozema

Dos. ℥ v. bis vel ter in die.

10. Aqua Æsculapii. D. Zapata.

Res. Acetum acre, immitte Vesicæ æreæ intus stanno oblitæ in destillandis rosas vulgo usitatæ, donec tertia pars vacua remaneat, eique superstrue pileum plumbeum rostratum, ab anteriore parte inclinandum,

dum, ut mulieres in destillandis rosis facere solent, tunc subde ignem carbonum, ita comparatum, ut bulliat acetum, nec excedat modum, ne aduratur, liquorem ultro stillantem in phiolam recollige, sed curandum, ne acetum destillando penitus egrediatur, alias empyreuma contraheret; remanentem in vase fœculentum humorem & corrosivum, ne vas lædat, statim exhauries, & illud aqua fluviali infusa mundabis.

Stillatitia hæc aqua seu acetum primitus prodiens, aurei coloris esset solet, ac tam dulce, ut saccharum continere videatur, & quo diutius id destillabit, eo limpidius ac efficacius reddetur, quod ut universim ejusdem valoris & coloris existat, prius destillans posteriori commiscere, & in vase rite obturata servare solemus, *Dos. communis est ℥ iii. raro ℥ iii. ꝑ. pro patiente vero debilior ℥ ii. ꝑ. pro infante ℥ ii. sufficiant.*

Non tantum est solutivum eximium, & omnes humores tam sursum, quam deorsum evacuans, sed etiam ejus usu interno quemvis affectum a capite promanantem mirum in modum profligavimus: uti epilepsiam, apoplexiam, lethargum, phrenitidem, oculorum, aurium, gutturis, synanchen dictam, pulmonum, stomachi, renum, hepatis, uteri, & cujuscunque tum externæ tum internæ partis inflammationem. Eadem hepatis ac lienis omniumque partium internarum externarumque duritiem ac tumorem ex humore frigido, crasso & viscido progenitum, feliciter resolvimus, facillime extenuavimus, & evacuavimus. Ejus ope eodem successu, in resolvendis gummatibus Veneris obstinatissimis, doloribus capitis, arthriticis, & spinæ ventositatibus, diu noctuque affligentibus, medelam instituimus. Tinea quoque, scabies, pustulæ, porrigines, herpes exedentes, ignis S. Antonii nomine celebrati, hac eadem aqua sunt sanati. Mulier quædam interdum quinquies & sexies caduco correpta, dum oppido eadem uteretur aqua, adeo penitus est liberata, ut aptea stupida, demens

mens quasi & pallida, nunc vegeta, vivido colore prædita, sensibus optimè constitutis utatur; eadem mulieribus, annis pluribus menstruorum fluore albo tam excessivo laborantibus, ut in terram effunderetur, salutaris medicina existit. In chirurgicis quoque operationibus ea omnia potest, quæ aqua lila pretiosissima ex lithargyrio & aceto parata, seu lac virginis.

II. Aqua Aluminosa Magistralis D. Sorbait.

Res. Aq. plantag. Aq. Rosar. ana ℥ i. Aluminis Roch. Argenti sublim. ana ℥ ii.

Sublimatum & alumen terantur, & aq. imponantur, vase, quo aqua coquitur super craticulam ferream collocato, bulliant ad med. consumpt. postea reponantur per 5. dies ad subsidentiam, & aq. limpidissima extrahetur, quæ reponatur ad usum.

Prodest ad sang. sistendum cum petiolis imposita, item ad absumendas radices verrucarum, postquam illæ prius vel ligatura vel sectione ablatae sunt.

12. Aqua Anticolica, D. Vvillis.

Res. Milleped. rec. mundat. ℥ i. ss. Flaved. 6. aurant. 4. limon. Nuc. moschat. num. 6. minutim incisis adde Micæ panis alb. veter. ℥ i. omnibus simul contusis & probè mistis affunde lactis recentis ℥ iv. vini Hispan. ℥ ii.

Destillentur secundum artem, liquor totus misceatur & edulcoretur cum Saccharo.

13. Aqua Antiphthifica D. Meybohmii.

Res. Sang. porcin. rec. ℥ iii. Succ. veron. Succ. Plantag. Succ. Heder. terr. ana ℥ ii. Succ. Portulac. ℥ i. Sem. anisorum ℥ i. Flor. borrag. Flor. Papav. errat. ana M. ii. Limac. hortens. Vin. alb. ana ℥ ii.

Ma-

Macerentur per triduum, deinde destill. in MB.
vel arena ad siccitatem, sine unctione.

14. Aqua Apoplectica D. Maur. Hoffmanni.

Resp. Rad. vincetox. Rad. Bardan. ana ℥ i. Rad. Pe-
rasit. Rad. Mors. diab. Cort. median. fraxin. Cort. Citr.
extern. ana ℥ ℥ Fol. scord. Fol. Galeg. ana M. iv.
Incis. minutim infundantur per 24. hor. in Vin. Alb.
odorat. & Acet. rutac. ana ℥ iv. Postea destil. in B.M.
adde post destillationem.

Olei Sulphuris per campan. q. s. ad gratiam acidi-
tatem, & singulis ℥ liquoris destillat. Camph. ℥ ℥.
in nodulo. Servetur in vitro pro usu.

15. Aqua Apoplectica D. Kolreuteri,
sine Castoreo.

Resp. Cinamom. Galang. minor. ana ℥ ii. Caryoph.
aromat. Macis ana ℥ i. ℥. Zedoaria, Cardamom. Cu-
bebar. Nuc. Moschat. ana ℥ i. Gran. paradif. Gran.
pæon. Piper. loog. Calam. atomat. ana ℥ ℥. Florum lil.
convall. ℥ vii. Flor. lavend. Flor. Cheir. Flor. Rosar. in-
carn. Flor. Rorismar. Flor. primul. ver. Flor. Tiliæ,
Flor. Meliss. Flor. Stechad. arab. ana Miss. Flor. Ma-
joran. Flor. Salv. ana M. ii.

Incid. & contund. omnia gr. m. stent. in infus. per
aliquot dies, affund. vini Rhenan. optimi cantb. vii.
destilla lento igne secundum artem & serva usui.

16. Aqua Apoplectica cum Ambra
& Zibetho D. Rothii.

Resp. Fol. Beton. Fol. Salv. maj. & min. Fol. Majo-
ran. Fol. Rorismar. Fol. Veron. ana M. ii. Fol. rutæ, Fol.
Scabiosæ, Fol. Capill. ven. Fol. Hyssopi, Fol. Polii mont.
Fol. Card. bened. Fol. Galegæ, Fol. Chamædr. Fol. Pe-
riclym. Fol. Meliss. Fol. Cuscut. Fol. Ling. cervin. Fol.
Rut. sylvester. Fol. Agrimon. ana M ℥. Flor. Lavend. M.

iii. Flor. Rorismar. Flor. Lil. convall. Flor. Primul. ver.
 Flor. Tilia, Flor. Sanbuc. ana M. i. Flor. Scabiosæ,
 Flor. Rosar. rubr. Flor. Melissæ, Flor. Borrag. Flor. Bu-
 gloss. ana M. ss. Cubebar. ℥. ii. Sem. Pæon. excort. ℥. ii.
 ss. iii. Sem. Aquileg. ℥. i. Sem. Anisforum, sem. Fenicu-
 li, Sem. Aneth. ana ℥. ss. Rad. Pæon. ℥. ii. Rad. Zedoar.
 ℥. i. ss. Rad. Pimpinell. Rad. Glycyrrh. Rad. Gentian.
 Rad. Caryoph. Rad. Helenii, Rad. diptamn. alb. Rad.
 Angelic. ana ℥. ss. Visc. quercin. ana ℥. iii. Ficum ping. Pas-
 sal. major. & minor. Pinear. Pistac. ana ℥. iii. Calam.
 aromat. ℥. i. Cardamom. Granor. paradisi ana ℥. ii. ss.
 Theriac. Andromach. ℥. i. Elect. de scord. Mithridat.
 opt. ana ℥. ii. Castor. ver. ℥. v. Aq. stillat. flor. lavend.
 Vin. malvat. opt. ana ℥. iii. vel. q. s.

Stent in infusione per octo dies, destill. summa
 diligentia per B. V. in vasis vitreis. Postea.

Resp. Ungul. alciis ℥. i. C. C. ust. & præp. Unicorn.
 Terræ sigillat. Brun. Ebor. præp. ana ℥. ss. Croc. orient.
 opt. ℥. i. Zibeth. ℥. ss. Ambr. gryf. ℥. i. ss.

Pulverisentur hæc omnia & M. Includ. nodulo ex
 andalo albo, immergatur Aq. Apoplectica. & serve-
 tur.

17. Aqua Apoplectica Electorissæ Saxonix.

Resp. Cubebar. Cardamom. ana ℥. i. ss. ℥. iii. Cinamom.
 ℥. ss. Galan. ℥. ii. Rad. pæon. ℥. iv. Fl. Rorismar. M. ii.
 Fl. Lavend. Fl. Tilia ana ℥. ss. Fl. Lil. convall. ℥. i. ss.
 Vini optim. Canthar. ix.

Infus. per triduum destilla.

18. Aqua Apoplectica Viduæ Hoffmannianæ.

Resp. Flor. Lilior. convall. ℥. i. ss. Flor. Lavend. ℥. ss. Flor.
 Tilia, Flor. Pæon. ana ℥. ii. Flor. Primul. ver. ℥. ii. Sem.
 Pæon. Rad. Pæon. Rad. Aristol. long. Visc. quercin. ana ℥. i.
 Herb. Beton. alb. purpur. Herb. Primul. ver. Cubebar. ana ℥. i.
 Casto-

Castorei Piper. nigr. ana ℥ ℥.

Infunde simul omnia in vin. *Rhenan. cantb.* v. per
menſem in Sole, poſtea deſtill. per MB.

19. Aqua Arthetica D. Brambachii.

*Reſ. Baccar. Junip. ℥ ii. Baccar. Lauri ℥ i. Flor.
Lavend. dul. Fol. Puleg. cum ſummit. ana ℥ xvii. Rad.
Oſtrutti, Rad. Zedoar. Macis, Cinamom. ana ℥ i. Ca.
ryoph. Cardamom. ana ℥ ℥. Flor. anthos M. i. Urticæ
min. cum ſemin. M. i. Salviæ min. M. ii.*

Omnibus contuſis ac minutum incuſis affunde vini
optimi ardentis q. ſ. atque bene cooperto vaſe ſepe-
liantur in cella in loco & terra frigida; ſtent in
infuſ. per menſem, deinde deſtillentur.

20. Aqua Articularis ad extra
D. Etmulleri.

*Reſp. Fol. Nicotian. Fol. Origani, Fol. Sambuci ana
M. i. Rad. Angelic. Rad. Pyretbri, Rad. Aron. ana ℥ i.
Euphorb. Caſtor. ana ℥ vi. Piperis utriuſque ℥ iii. Flor.
Stæchad. Arab. Flor. Lavend. Flor. Liliorum convall.
ana ℥ ℥. Sem. Erucae ℥ i. ꝑ.*

Concuſis & contuſis affunde Sp. Vini q. ſ. digeran-
tur & filtrantur, & hac ipſa Eſſentia fricentur par-
tes externæ paralyticæ, vel abſtrahatur ab iſdem
Sp. vini aliquoties cohobando, & ita dicto modo
applicetur.

21. Aqua ad Cariem Gallicam
D. Sorbait.

*Reſp. Flumin. ℥ i. Tartari albi ꝑ. ii. Æruginis ꝑ. i.
M. cum vini alb. & aq. roſar. p. æq. & cum petiolis
applicetur, abſterſo prius membro aq. roſac.*

22. Aqua

22. Aqua Carminativa D. Meybohmii.

℥. *Herb. menth. crisp.* M iiii. *Flor. chamom. roman.*
Flor. sambuc. ana ℥ iiii. *Flor. Dauci* ℥ ss. *Bacc. Laur.*
Bacc. Juniper ana ℥ iv. *Cinamom. opt.* ℥ i.

Incis. & contus. superfunde *Spir. frumenti* M xii.
 stent in confusione per noctem, deinde destilla per
 vesicam, serva ad usum.


23. Aqua Catarrhalis D. Casp. Kegleri.

℥. *Herb. Veronicæ, Herb. Scabios. ana* M. i. *Herb.*
Capill. ven. Herb. Hyssopi, Herb. Adiant. nig. Herb.
Fragor. Herb. Melissæ, Herb. Marrub. ana M iiii. *Rad.*
Ireos, Rad. Angelicæ, Rad. Eryng, Rad. Glycyrrh.
ana ℥ i. *Myrrhæ* ℥ ii. *Croci integr.* ℥ ii. *Piper. albi* ℥ i.
Caricarum N. viii. *Scille præpar.* ℥ ii. ℥ ii. *Passul. min.*
 ℥ iv. *Seminum lini, Fænugr. ana* ℥ iii.

Infunde cum *sp. vini puriss.* ℔ vii.

Aq. Fragor. Scabiosæ ana ℔ i. *Aceti vini* ℔ i.

Destillantur per B. M.

 *Dos. d* ℥ ii. *ad* ℥ ss. *vel* ℥ i.

24. Aqua ad Cicatrices Oculorum delendas, Max. Imp.

℥. *Stercus Anserum juniorum* mense Martio vel
 Aprili, destilla aquam, quæ ter de die oculis in-
 stilletur.

25. Aqua ad Convulsiones Hystericas D. Vvillis.

℥. *Milleped. mundat.* ℔ i. *Caryophyll. conc.* ℥ ss. supe-
 raffunde *vini albi* ℔ ii. destillantur in cucurb. vitrea.

Dos. ℥ i. *ss. bis in die.*

B

26. Aqua

26. Aqua è Cordibus Animalium
D. Theod. de Mayerne.

℥ Cordium Animalium N. 12. Rad. Tormentillæ,
Rad. Angelicæ, Rad. Bistortæ, Rad. Carlinæ, Rad.
Zedoar. ana ℥ iii. Rad. Scorzoneræ, Rad. Bardanæ,
Rad. Imperator. Rad. Petasit. ana ℥ ii. Herb. Card.
benedict. Herb. Pentaphyll. Herb. Ulmar. Herb. Morf.
Diaboli, Herb. Scordii, Herb. Oxytriphyll. Herb. Me-
lissæ, Herb. Calendula, Herb. Scabiosæ, Herb. buglos-
sæ Herb. Borragin. Herb. Rut. murariæ, Herb. Sal-
viæ, Herb. Rorismarin. Fl. Roris solis, Fl. Calendul.
Fl. hypericon. Fl. Pimpinell. ana M. vi. Limon. & Au-
rant. ana xv. Vinigeneros. ℔ xviii.

Infund. omnia per 24. horas, postea destilla ut
artis est.

27. Aqua e Cordibus Cervorum D. Clauderi,
Archiatr. Altenburg.

℥ Cord. cervor. N. ii. una cum sanguine ipsorum ar-
terioso, Vin. generos. q. s. tenuiter incisiss add. Cinam.
acut. ℥ ii. Nuc. moscat. ℥ i. Caryoph. Cardamom. min.
Galang. ana ℥ iii. Flaved. cort. citr. ℥ v. Sem. ocyma
Sem. Caryoph. Sem. Fœnic. ana ℥ ii. ss. Fl. Lavendul. Fl.
Rorismar. Fl. Melissæ, Fl. Salviæ, Fl. Rosar. ana ℥ ii.

Contus. gr. m. macerentur una cum dicto vino, san-
guine & incisiss ordibus, per diem & noctem; postmo-
dum in M. B. per alembicum destill. & servetur usui.

28. Aqua Diuretica D. Vvillis.

℥ Baccar. virid. Junip. Sambuc. ana ℔ vi. Conorum
abjeclis ℔ iv. Jugland. virid. ℔ i. Cort. Vinterani ℥ iiii.
Cort. exter. 6. aurant. & 4. Limonum, Seminum ame-
os, Sem. Erucæ, Sem. Nasturtii ana ℥ i. ss. Sem. Anethi ℥ ii.

Concisiss & contusiss affunde seri lactis è vino albo pa-
rat. ℔ viii. destill. organ. comm. liquor totus misceatur.

29. Aqua

29. Aqua contra Flatul D. Luctenii.

℥ Zingib. alb. ℥ ss. Zedoar. Galang. ana ℥ i. ss. Nucis moscat. Caryophyll. Cinam. elect. ana ℥ ii. Rad. Ostrut. ℥ i ss. Rad. Calam. aromat. ℥ ss. rad. irid. florent. ℥ iii. Rad. Angelic. ℥ ii. Bacc. lauri, Sem. fœnicul. Sem. anisorum ana ℥ ss. Fol. menth. crisp. ℥ ii. Fol. Chamomillæ rom. cum floribus ℥ ii. ss. Fol. Rutæ ℥ i. Vin. generos. alb. vel malvat. seu Petrismen. ℥ vi. p. c.

Stent in infusione in vase bene obturato per quadriduum ad solem, & sæpius agitentur, postea F. destil. per cineres.

30. Aqua ad Guttam Rosaceam Matthioli.

℥ Camphoræ, Sulphuris vivi ana ℥ i. Myrrhæ, Thuris ana ℥ ss. Aq. fragor. Aq. ros. albarum, Aq. Scrophular. ana ℥ v.

Insolentur in vase vitreo optime clauso per 10 dies, vel amplius, postea in B. M. destilla, aqua facies sæpius in die abluatur.

31. Aqua ad Hydropem Pectoris
D. Doringii.

℥ Rad. Calam. aromatici Rad. Raphan. marin. ana ℥ iii. Rad. Rusci ℥ i. Cort. & semin. Ebuli ana ℥ ss. Fol. agrimonie. Incisa & commixta cum hepate & pulmone vituli infundantur horis 24. in Aq. apii, Aq. Cotulæ fetid. ana ℥ iii. Vini Rhenan. ℥ ii.

32. Aqua Instaurans D. Theod. de Mayerne.

℥ C. C. primarii, adhuc mollis, siccati & rasi ℥ vi. Capon unum magnum carnosum, Coxam unam vervecinam, & unam vitulinam magnas.

Confractis ossibus coq. simul in *Aq. bord. recent.* ad putrilag. F. Colatura, de qua cape ℥ viii.

Vini Rhenan. optim. ℥ iv. *Seri lact. recentis*, *Succ. promor. redolent. recenter. express. ana* ℥ vi. *Sang. Agni rec. mastati contract.* ℥ iii. *Ova recent.* N. 24.

Misceantur omnia, adde

Micæ panis albi ex clibano adhuc fumantis lacte &c. recenter multo penitus imbutæ ℥ ii. *Cortic. pomor. redolent. rec.* ℥ i. *Flor. meliss. virid.* M. vi. *Summit. menthæ hortens.* M. i. *Flor. herb. paralysis,* *Flor. Tilie,* *Flor. Liliorum convall.* *Flor. Sambuci,* *Flor. Borragin.* *Flor. Bugloss. ana* P vi. *Cort. Citr. recent.* ℥. iv. *Cort. Radicum sassaf.* *Cort. Vvinteran.* *Santal. citrin. Nuc. Moschat. ana* ℥. i.

F. in vase refrigeratorio destillatio ut artis est.

℥. *Hujus liquoris stillatit.* ℥. iv. *Aq. Cinamom.* *Aq. Nabhæ fragrantiss. ana* ℥ iv. *Syrupo. Meror.* *Syrup. Rub. idæi,* *Syrup. Caryoph. rubr. ana* ℥ iii.

Misceantur optime, atque indatur nodulus continens.

Ambr. gryf. ℥ ss. Mosch. orient. gr. vii. Croc. ꝯ f. *Serva ad usum.*

33. Aqua Lactis Alexiteria.

℥. *Fol. Ulmarie,* *Fol. Card. bened. Fol. Calegæ ana* M vi. *Menthæ absque comis* M x. *Rad. Zedoarie,* *Rad. Tormentillæ ana* ℥ viii. *Lact. recent.* ℥ x.

Destilla secundum artem.

34. Aqua ad Lichenas contumaces D. Sennerti.

℥. *Ol. Tartari per deliq.* ℥ ss. *Mercurii vivi* ℥. ii.

Destilla per retortam, prodibit primo *Mercurius* postea *aqua ad lichenas contumaces utilis.*

35. Aqua mortua ad scabiem Hartmanni.

℞. Aquam, quæ post solutionem argenti in aqua forti factam, & incissim præcipitatam residua est, viridiusculam, & scabiosas partes illinc, præmissis tamen universalibus.

36. Aqua Nephritica Fuckerorum.

℞. Rad. liquirit. ℥ ii. Rad. petroselin. Rad. ononidis, Rad. pimpinellæ ana ℥ i. ss. Rad. Ehulæ ℥ i. Rasur. lign. cassafra ℥ ii. Fol. hederæ terrest. M iv. Sem. fœnicul. Sem. urticæ ana ℥ vi. Succ. hederæ terrest. ℥. v.

Præmissa per tres dies infusione destilla, aqua fervetur, cui Syrupus de Canella pro condimento admisceri potest.

37. Aqua Nephritica D. Sorbait.

℞. Pomor. aurantior. Pomor. limon. succulent. ana N. xii. Cassiæ rec. extract. ℔ i. ss.

Incidantur limonès una cum cortibus, seminibus, & pulpa, contundantur, iisque cum Cassia mixtis superaffunde.

Seri lactis Caprini ℔ vi.

Stent in infus. 24. horis, deinde f. destillatio ex organis vitreis, destillatum edulcoretur paucosaccharo.

Dos. vitrum unum quotidie.

38. Aqua Nigra Chirurgorum ad Gangrænam & Sphacelum.

℞. Gallarum Alumin. ana ℥ ii. Vitrioli alb. ℥ i. ss. Ceruss. ℥ v. Sabine; Virid. seris ana ℥ ss. Baccarum lauri, Baccar. Junip. ana ℥ i. ss. Oliban. ℥ ii. Fol. querc. Fol. Rutæ,
B 3 Fol.

Fol. Absinth. Fol. Salvia, Salis comm. ana Mss. Acet. vinosi, Vin. Lixivii fort. ana mens. ii.

Coq. donec aqua ad tres digitos transversos incocta fuerit; & applica eam cum triplici vel quadruplici linteo calide.

39. Aqua odorifera pretiosa D. Sennerti.

℥i. Flor. Lil. convall. Mii. Flor. Rosar. rub. Mvi. Flor. Lavend. Mi. Flor. Borragin. Flor. Bugloss. ana Mii. Fol. Salvia, Fol. Majorana, Fol. Hyssopi, Fol. Rorismar. ana Miii. Fol. Melissa, Fol. Mentha Crispæ ana Mi. Cinamom. acutiss. Cubebar. Styrac. calamit. ana ℥i. Macis, Pip. longi, Cardamom. min. Nuc. moscatae, Caryophyll. ana ℥ss.

Contusis & incisis minutim ac repositis in Cantharum magnum affunde Vini Malvatici & aquæ rosarum optimæ ana Cantharos ii.

Digerantur ad triduum quotidie ter agitando, de hinc F. destillatio igne lentissimo, & in capitello vel rostro ponatur Ambrae, & Moschi ana ℥ss. cum syndone rub.

Detur imbecillo vel natura, vel vi morbi cochleare unum sæpe, & humectentur in hoc destillato linthea pura, quæ admoveantur cordi, temporibus, pulsibus & naribus.

40. Aqua Optalmica D. Doreri.

℥i. Rad. Valerianæ, Rad. phu. pontic. ana ℥ii. Rad. caryophyllat. ℥ss. Fol. rutæ, fol. verbenæ, fol. fœniculi, fol. euphras cum fl. ana ℥vi. Baccar. junip. rec. ℥i. bacc. lauri ℥ss. Flor. calendulae, flor. meliss. Turcicae, flor. salvia, flor. rorismarin. flor. rosar. alb. ana ℥ii. Sem. fœnicul. ℥ss. caryophyll. cardam. minor. cubeb. ana ℥i. cinamom. acut. ℥i. lig. aloes, lig. rhodii ana ℥i.

Præparatis s. a. affunde vini malvatici ℥xii. postea in balneo destillentur.

41. Aqua Optalmica externa D. Meybomii.

℞. Zingib. alb. Camphor. staphys agricæ, pyrethri, ruthæ tensis ana ℥ i. ss. Rad. consolid. maj. ℥ i. rad. caryoph. ℥ i. Flor. consolid. regal. flor. chelidon. ana M. i.

Concis. & contus. iufunde in spir. vin. rbenan. ℔ i. in calore leni per duos dies, deinde filtra per chartam.

42. Aqua Optalmica vera Mart. Rulandi.

℞. Vit. Antimonii pulverifat ℥. ss. Aqu. fœnicul. aq. rosar. aq. chelidon aq. cupbras. ana ℔ i. ss.

Coq. in Alembico tecto in arena posito per diem & noctem cola. Residentiæ depuratæ adde olei Saturni rub. ℥ i. ferventur usui.

43. Aqua Pectoralis ad Asthma D. Sennerti.

℞. Herb. Veronic. herb. scabios. ana. M. ii. herb. capill. ven. herb. byssopi, herb. salviæ, herb. marrub. ana M. i. Rad. Ireos Florentin. rad. glycyrrh. rad. eryngii, rad. helenii rad. fœniculi ana ℥ ss. cinam. optimi, gran. junip. ana ℥ iii.

Affunde sp. vini opt. q. s. stent in infus. per 14. dies, postea destillentur, destillatum funde super.

Dactyllos N. x. jujub. sebesten. ana N. xxx. ficus N. x. passul. min. & maj. exacinat. ana ℥ ii. Croci ℥. ss.
Digerantur & filtrentur.

44. Aqua Prophylatica D. Sylvii.

℞. Rad. Angelic. rad. Zedoar. ana ℥ i. rad. petasit. ℥. ii. fol. rutæ hort. ℥. iv. fol. melissæ, fol. scabiosæ, flor. Calend. ana ℥ ii. Nuc. Jugland. immatur. concis. ℔ ii. Pomor. Citr. rec. concis. ℔ i.

Contundantur omnia simul, deinde affunde aceti vini opt. ad tres quartas partes ex arena in cucurbita vitrea per se destillat. ℔. xii.

Digerantur per noctem, mane destillentur igne cinerum lento pene ad siccitatem, idque sine adu-
stione.

Prodest ad pestem præcavendam, bilem acrem alterandam, admisceri potest potui ordinario, & jusculis ad aciditatem cuivis ægro gratam, & ad sitim tollendam, sudoremque blandum promovendum sæpius quantitate parva usurpâri.

45. Aqua Prophylactica D. Jac. Vvepfferi.

℞. Rad. Angelic. rad. zedoar. ana ℥. i. rad. petasit. ℥. i. Folior ruth. ℥. iv. fol. melissæ, fol. scabiosæ, flor. calend. ana ℥. ii. Nuc. juglan. immatur. ℔ ii. pom. citr. rec. ℔ i.

Incis. & contus. indantur vasi terreo & affund. Acet. destill. ℔ iv. destill. in cineribus per cucurb. vitream ad remanentiam nullius liquoris, usque ad siccitatem, cavendo empyreuma.

46. Aqua ad Pustulas Faciei D. Grulingii.

℞. Aqu. lilior. alb. aq. sambuci, aq. fabar. ana ℥. vi. ossium sepie lithargyr. lapidis calamin. ana ℥ ss. salis armoniac. ℥ ii. camphor. ℥ i.

M. pro usu Lavetur facies subinde.

47. Aqua Scorbutica D. Sydenham.

℞. Rad. raphan. rust. rasp. ℔ ii. rad. ari ℔ i. Fol. cochlear. hort. M. xii. fol. menthæ, fol. salviæ, fol. nasturt. aquatic. fol. beccabung. ana M. vi. Sem. cochlear. parum contus. ℔ ss. Nuc. moschate ℥ ss. Vini alb. ℔ xii.

Destillentur organ. commun. & eliciantur solummodo ℔ vi. pro usu.

Dos. cochlearia 6.

48. Aqua ad Suffusionem Hollerij.

℞. Herb. apii, herb. fœniculi, herb. verbenæ, herb. chamædrios, herb. pimpinellæ, herb. caryophyllatæ, herb. salviæ, herb. chelidon. major. herb. rutæ, herb. centinod. herb. morsus gallinæ, caryophyllor. farina volat. ana ℥ i. piperis crassi uscule triti, nuc. moschatæ ligni aloes ana ℥ iiij.

Omnia immergantur urinæ pueri incorrupti & sextæ parti vini Malvatici, bulliant brevi tempore, tunc exprime, percola & reponere in vase obturato, hora somni singulas guttas singulis oculis instilla.

49. Aqua Vitæ Angelica Fleetvodiij.

℞. Passul. maj. Damascen. ℔ iii. dactyl. enacleat. ℔ ss. fol. meliss. Miss. rad. angelic. ℥ ss. sem. anisorum, sem. fœniculi an. ℥ ss. Nuc. moschat. N. 5. liquirit. rasæ ℥ i. ss. flor. papav. errat. M iiij. cinam. acutiss. ℥ ii. ss. Caryophyll. ℥ i. ss.

Grosso modo concisis & conquassatis affunde spirit. vini malvat. ℔ xv.

Macerentur per triduum & agitentur quotidie bis vel ter, postea colentur, adde aquæ papav. errat. & rosar. opt. an. ℔ i. ss. Sacc. cand. alb. ℔ ii. moschi Alexandr. gran. vii. ambræ gryf. gran. xv.

M.

50. Aqua ad Ulcera Narium & Oris

D. Sennerti.

℞. Mell. rosar. ℥ ii. sulphuris vivi, Aluminis crud. an. ℥ i. albi græci summit. sabinae an. ℥ ss. spong. sambuci ℥ i. fol. hyperici, fol. rutæ, fol. rorismarini, fol. plantagin. fol. salviæ, fol. pulegii an. M ss.

Coquantur omnia in vini & aq. ℔ ij. ad consumptionem digiti transversi, sub finem addendo ærug. æris ℥ i. & re-

& relinquuntur donec refrigerint, postea colentur & servantur usui.

Tempore usus in Cochleari calefiat, & penicillo intincto locus exulceratus illinatur, vel lana molli aut linteum ea madidum naribus immittatur.

51. Aqua ad Vulnere Oculorum Hartmanni.

Recip. *Ovorum Gallin. q. v.* coq. ad duritiem, dein una cum putaminibus per medium dissectis exime vitellos, postea cum quibusdam *albuminibus*, ad duritiem coctis & tenuiter quasi in pulvem sectis, cavernas reliquorum ovorum imple, partibusque debite conjunctis & filo colligatis in cucurbita præcise in medium ex filo suspende, obstructo orificio cucurbitam in MB. colloca, videbis albumina liquefacta paulatim in liquorem destillare, quem probe ex fundo cucurbitæ collectum (est enim exiguus) ad vulnera oculorum recentia, cum pennæ pluma sæpius applica.

52. Aqua Vulneraria D. Joh. Roderi.

Recip. *Herb. gallitrich. herb. pyrol. herb. vinc. per- vinc. herb. consolid. sarracen. ana ℥ j. herb. matrisylv. herb. sanicul. herb. veronica, herb. alchymilla, herb. heder. arboreæ, herb. artemis. an. M i. ss. albi Græci Mense Majo collect. 3 vi. scob. lign. guajaci 3. pulmonar. maculose M i. ss. Cerevisiæ, veteris & acidul. mens. x.*

Stent in digestionem per 14. dies, postea destill. per vesicam & reserva pro usu, in Vitris bene cera munitis.

53. Arcanum contra Calculum D. Schenkii.

Recip. *Nitri purificat. ℥ iii. Spir. Vitrioli ℥ i.*

M. ut Nitrum solvatur; abstrahere spiritum ad spissitudinem & colloca in locum frigidum, tunc fiant crystalli.

Rec.

Rec. *horum Chryſtallorum ℥ ii. Sal. abſinthii Sal ge-
niſt. an. 3.*

Affunde *Oleum Tartari* ut fiat pulmentum, adde
Aniſor. 3 i. ſuccini 3 ſſ. ſacchar. canar. parum.
Dofis ʒ ſſ. ad ʒ i.

54. Arcanum ad Herpetem milliarem,
Valeſci de Taranta.

Rec. *Lanam ſuccidam ovīs*, torrefiat nigra, & pul-
verifetur, poſtea miſcatur cum *aq. roſar.* & F. inſtar
encauſti, quo ter de die locus affectus inungatur.

55. Aurum Potabile pauperum, Zapatae.

Rec. *Sacch. opt. ſubtiliſſ. pulv. ℔ i.* eique vaſi vi-
treo indito adde *aq. ſent. q. ſ.*

Ad eminentiam unius digiti, agitentur ſimul, ut
sacch. diſſolvatur: quo vero minor aquæ portio addi-
tur, eo hujus noſtri *liquoris* pretioſiſſimi ſuaviſſimi
quæ facilior exiſtet compositio.

Hujus *aq. ſaccharatæ 3 iii.* tunc phiolæ infundan-
tur, addendo *ſpiritus vini perfecti de vino generoſo ex-
tracti ab 3 i. ad 3 iii.* plus minus habita ratione ipſius
ægroti, eidemque denique liquori *aq. roſar. 3 ſſ. vel
3 i.* addatur, quæ illi tam ſuavem tamque gratum
conciliabit odorem, ut languentem, cui propina-
tur, quid rei ſit ambiguum quaſi a morte reſuscitare
videatur.

56. Balneum artificiale D. Sorbait.

Rec. *Sulph. vivi apyri*, id eſt ignem non experti,
calcis vivæ ana ℔ i.

M. F. Pulvis.

Qui aliquot ebullitionibus cum *aq. comm. menſuris
circiter octo* coquatur, deinde ab igne removeatur, ut
ſubſideat & refrigerſcat per noctem, altera die fiat *Bal-
neum* plenum cum *aq.* ſi fieri poteſt, *fluviali calida*, ad
cu-

cujus refrigerationem decantetur *lixivium* pridie e speciebus extractum, remanente in fundo ollæ pulvere, & sic balneum paratum est, in quo duabus circiter horis, servato balnei calore æquali per reaffusionem aquæ calidæ eger infideat; post usum balnei ex ejusdem aqua tantum reaffundatur ad ollam, in qua subsidet ille pulvis, donec impleatur; serveturque reliqua balnei aqua in cupa bene testâ, altera die eadem aqua calefiat, & altera in olla existens iterum ad refrigerium balnei affundatur per decantationem, remanente semper in fundo pulvere; taliter procedendo idem balneum quater usurpari potest, dein si ulterius continuare opus fuerit; novæ balnei species in recent aqua bulliant, fiatque balneum ut ante. Si integram balnei curam fieri necesse sit, 28. diebus, sicut in Thermis naturalibus fieri assolet, continuandum illud est, quousque cutis efflorescentiæ per balneum procuratæ totaliter evanescat.

57. Balneum ad Calculum D. Sorbait.

℞. Herb. Petroselini, herb. Parietariæ, herb. verbasci, herb. althææ ana M. iij. Raphanor. incis. ℞ ii. summit. anethi M ii.

F. decoctio in *aq. comm.* pro semicupio, cui sæpius infideat æger præmisso Clystere.

58. Balneum ad Coxæ dolores D. Leonh. Fuchsi.

℞. Herb. meliloti, herb. chamæmeli, herb. anethi, Sem. fœnigræc. sem. lini an. M. ii. Herb. absinth. vulgar. herb. menth. herb. pulegii, herb. calaminth. herb. abrotani, herb. chamæpiteos, herb. stæchad. arabic. herb. betonicæ, herb. sampsuch. herb. verbas. odorat. herb. salviæ, chamædr. an. M i. ss.

Bulliant in cacabo Aqua fontana quoad tertia ejusdem

dem pars dissipetur, dein colentur, Aquæ colatæ adjiciantur.

Sulphuris vivi ℥ ss. *Nitri* ℥ iv. *salis comm.* ℥. vi.
Iterum serveant unica duntaxat ebullitione ac colentur, & colata Aqua usui servetur.

59. Balneum Nervos corroborans D. Joh.
Michaelis.

℥. *Herb. serpilli*, *herb. salviæ*, *herb. origani*, *herb. chamædryos*, *herb. chamæpiteos*, *foliorum lauri*, *fol. rorismarin.* *flor. chamomill. ana* M iiii. *rad. imperat.* ℥ iii. *sulphuris viv.* ℥ iii. *nitri* ℥ i.

60. Balneum Paralytica & contracta membra restituens D. Hieronymi Capi vacci.

℥. *Sulph. viv.* ℥ i. *salis commun.* ℥ ss. *majoranæ*, *serpilli*, *stechados*, *calaminthæ*, *salviæ*, *betonicæ*, *rorismarini*, *pulegii*, *melissæ ana* M i.

61. Balsamum Alexicacum D. Thom. Reinesii.

℥. *Theriac. Andromachi Mitridat. Damocrat. ana* ℥ ss. *styrac. calamith. benzoës ana* ℥ i. ss. *pulv. angelicæ*, *pulv. valerianæ*, *pulv. chamomillæ Romanæ*, *ana* ℥ ii. *Olei nucist. express.* ℥ iv. *ol. angelic.* *ol. rutæ*; *ol. succini ol. spicæ ana* ℥ ss. *ol. juniperi* ℥ ss.

Cum sevi agnini s. q. F. l. a. Linimentum, adito oleo amygdal. dulc. modico.

62. Balsamum contra Catarrhos D. Frid.
Hoffmanni.

℥. *Olei destill. majoran.* ℥ i. *ol. succin.* ℥ ii. *ol. rutæ* ℥ ss. *ol. express. nucis moschatæ* ℥ i. M.

63. Bal-

63. Balsamum Cosmeticum D. Andrea Cnoffelii.

Rec. *Spermat. ceti* ℥ ss. *olei tartari per deliquium* q. s.
 Misceantur optimè in mortario vitreo, deinde adde
Olei jasmini ℥ ii. *succ. acid. citr.* ℥ iii. *magister. mar-*
casitæ, *sacch. saturni* ana ℥ i.

M. F. Balsamum. Asperitatem cutis lenit, glabram, subtilem & albicantem è contra, reddit.

64. Balsamum Dorsale seu Ante-paraliticum D. B. O.

Rec. *Bacc. lauri gran. junip. castorei euphor. ana* ℥ ii. *[caryophyll. macis ana* ℥ iii. *masliches, myrrhæ syr-*
rac. liquid. ana ℥ ss. *succin. albi gummi elem. gummi*
galban. ana ℥ iii.

Incis. & contus. injiciantur in cucurbit. vitream, quibus adde.

Lumbr. Terrestr. viv. N. xv. super infunde *Terebinth. cypr.* ℔ i. *spir. vin. optim.* ℔ iv.

Destilla Usus ejus in Paralyfi & contracturis partium mira præstat, spinæ dorsi inunctum, manæ & vesperi tepide.

65. Balsamum Hispanicum.

Rec. *Olei vetustiss.* ℥ iv. *ol. terebinth.* ℥ viii. *frumenti integri* ℥ i. ss. *Fl. hyperic.* ℥ ii. *Rad. card. bened. rad. valerian. ana* ℥ i. *Thuris elect.* ℥ ii.

Radices & herba grosso modo contendantur, & ollæ imponantur, superfundo tantum *vini albi* ut omnia submergantur, stent per biduum, deinde adde *frumentum & olea*, coq. ad vini consumptionem; deinde forti facta expressione, addatur *Terebinthina* & *Thus* & interebulliant, demum reponantur in vase vitreo ad usum.

Hoc

Hoc Balsamum intra 24. horarum spatium omnia vulnera conglutinat, in quibus solum simplex unitatis est solutio.

66. Balsamum Gonzagianum ad Hernias.

Rec. *Flor. Sulphuris* ℥ iii. *myrrhæ*, *mumiæ* ana ℥ i. *axung. serpent.* ℥ i. ꝑ. inde vasi vitreo & adde *olei Terebinth.* ad eminentiam duorum digitorum, *Benzoni* ℥ ii.

Vas optime claudatur, omniaque bulliant ad ignem cinerum, itaut intra duos vel tres dies omnifacessant in Balsamum rubicundum foetidum, attamen Empi-
reuma cavendum est. Hoc post calli emollitionem, si adsit, linteis imbutis applicetur, est ad omnem herniam probatissimum.

67. Balsamum Matricale P.H.D.

Rec. *Galbani purissimi*, *serapin.* ana ℥ vi. *assæ fœtidæ* ℥ ꝑ. *ammoniac.* ℥ i. dissolve in *Oleo destillato juniper.* & *terebinth.* s. q. adde *Oleo destillat. laur.* ꝑ. *Oleo succini* ℥ ꝑ. M.

68. Balsamum Mercurii Anonymi.

Rec. *Mercurii viv.* qui cum butyro Antimonii prodit ℥ ii. *Olei junip.* ℥ iii. digere 24. horas, tingetur prius cœruleo, postea viridi colore.

In Lue Venerea prodest.

69. Balsamum Naturale fide dignum & consolatione plenum. Georg. Gomers a Ravensburg.

Rec. *Olei hyperic. c. gumm.* ℥ i. *vin. generos.* Mens. iii. *Terebinth. destill.* *Oleo laterin.* *Oleo lumbricor.* ana ℥ ii. *ceræ* ℥ i. *ping. hom. destill.* *Olei de medullis* ana ℥ iii. *Theriac.* *Androm.* *Mithridat.* *Damocr.* ana ℥ i. *fol. persic.* *fol. rutæ murar.* *fol. pyrol.* ana M. iii.
Antir-

Antirrhin. major. M. ix. Hyperici M. vi. Verbasci M. ii. Flor. beton. centaur. minor. prunell. consolid. aur. chelidon. ana M. i. Sem. antirrhin. ℥ ss. sem. hyperici ℥ i. ss. Rad. dracunc. macul. rad. aristol. rotund. rad. symphyt. ana M. ss. rad. scrophular. rad. fabar. ana M. i.

Coq. in diplomate vase optimè clauso ad consumptionem vini, postea adde.

■ *Croc. Martis, Mumie, Myrrh. Thuris, Mastich. an. ℥ ss.* Denuò coq. leviter per circulationem.

Prodest contra hausta venena intro sumptum, hac tamen conditione, ut prius concitetur vomitus. Calculum & Urinam pellit, sæpius in ovo cocto sumptum, vermesque necat & expellit, in majori quantitate exhibitum. Interna vulnera mirabili effectu curat, & externa etiam illa, quæ venenatis armis inflicta sunt, mira celeritate conglutinat, vomitumque sanguinis & dysenteriam compescit. Melancholicas impressiones seu a mentis imaginationes, seu à quacunque externa causa ortas, stupendo modo abolet, seu intro assumatur, seu exterius applicetur. Et si quis cultros, ligna, vitra, setas, fila, acus, crines &c. per vomitum rejicit, ei hoc oleum bibendum exhibe, & super ventriculum applica, & experietur is inde mirabilem prorsus vim.

70. Balsamum Odontalgicum
D. Andr. Cnoffelii.

24 *Olei caryoph. ℥ ii. in quo dissolve Camph. gr. xxiv. add. Ol. Nuc. mosc. express. q. s. pro consistencia, tandem admiscetur, Extrañ. opii gr. xv. Fuligin. splendent. q. s. pro tingendo.*

M. F. Balsamum

Omnem dolorem dentium (gossypio exceptum & cavernis impositum) ex quacunque causa ortum, tollit, quod ipse sæpius expertus sum.

71. Balsamum Pestilentielle externum D. Tudecii.

℞ *Ol. camphoræ destill. ol. angelicæ, ol. citri, ol. juniper. ol. spicæ ana* ℥ j.

F. digestio, donec uniantur, tunc demum adde
Axung. viperæ, styrac. calamitæ, ol. nuc. moschat.
an. q. s.

M. F. Balsamum.

72. Balsamum Pestilentielle Internum D. Tudecii.

℞ *Ol. succin. rectif. ol. citr. ol. camphoræ an.* ℥ i.

M. leni calore digere, donec perfectè uniantur, & aurei coloris evadant.

Dos manè gutt. j. ij. iij. in vino, jusculo, aut aqua appropriata.

73. Balsamum Puerorum dentientium.

℞ *Butyr. majal. non salit. ℥ v. Pingued. gallin. Ping. anat. ana* ℥ ss. *Succ. express. cancr. fluviatil. Sed major.*
an. ℥ iij.

Coq. in diplomate ad consumptionem humiditatis, in fine adde.

Sanguin. extract. ex cristis galli ℥ v. & post unam & alteram reiteratam ebullitionem exprimatur, ubi adhuc admiscere poteris.

Sacchar. cauti q. s.

M. F. Linimentum pro gingivis Infantum.

74. Balsamum Sulphuris D. Vveinlini,
Med. Rotenburg.

℞ *Lact. sulphuris, myrrhæ, mumiæ vel ana* ℥ ss. *benz. el. storac. calamitæ, camphor. ana* ℥ ss. *oliban. elect.* ℥ ii. affund. *Olei amygd. dulc. ℥ v.* diger. loc. calid. per aliquot dies, add. *Olei anis. destil.* ℥ ij.

M. & serv. pro usu.

75. Balsamum Tabaci Anonymi.

Recip. *Spiritus Juniper. & terebinth. ana ℥i. Fol. nicotian. Indic. ℥. vi.*

Infund. circula per 8. dies & coq. exprime prelo.

Sanabit omnem plagam intra 24. horas, ubi nulla intervenerit ruptura.

76. Balsamum ad Vertiginem D. Schalleri.

Recip. *Olei Nuc. mosch. ol. mac. express. ana ℥. i. ss. ol. succin. rectif. ℥i. ol. nuc. moschat. dest. ℥ ss. ol. majoran. dest. ℥i.*

M.

77. Balsamum Vulnerarium D. Barbette.

24. *Terebinth. ℥ ss. Gum. galban. gum. elemi. gum. hederæ, gum. thuris, gum. mastich. gum. myrrhæ ana ℥. i. aloes, xyloaloes, galangæ, caryophyllor. cinamom. nuc. moscat. cubeb. ana ℥. ss.*

Infusa 24. horis in f. q. spir. vini destillentur, & oleum ului fervetur.

78. Balsamum Vulnerarium Hartmanni.

Recip. *Galban. ammoniac. bdellii ana ℥. ss.*

Macerantur in aceto per triduum, tandem colentur, ex more usitato inspissentur, ad consistentiam mellis, postea.

Recip. *Myrrhæ rub. mastich. el. ana ℥. ss. oliban. ℥. i.*

Pulverisentur tenuissime: adde

Terebinth. laricæ, ol. olivarum ana ℥. ii.

Coque invicem igne lentissimo, perpetuò agitando, donec gummata illa posteriora probe fuerint eliquata, adde vicissim *ol. olivar. rec. ℥i.* & lento calore denuo coque, atque ita perge, semper ℥i. *ol. olivar.*

re-

recentis adjiciendo, donec ℥ i. integra sit absumpta, semper tamen probè agitando.

Tandem guminata in aceto soluta, colata, & inspissata admisce, simili modo agitando, & deinceps recens *oleum olivarum* per vices denuo adjiciendo, donec & altera quoque ℥ i. ejusdem *olei* adjecta fuerit, & Balsamum aliquid flavedinis contraxerit.

Quod si idem Balsamum viride fieri desideras, adde ℥ i. *æruginis pulv.* & insolando relinque per unum mensem vel plures, fœcibus paulatim se ad fundum præcipitantibus, à quibus quod sincerum supereminet, decanta, & vase mundo reserva.

79. Balsamum Vulnerarium Magati.

Rec. Gum. Elemi ℥ iv. balsam. Peruv. ℥ iii. Gum. Tacamahac. gum. Carannæ, liquoris in vesiculis Ulmi contentiana ℥ ii. Ol. laurini, styrac. liquidæ, myrrhæ an. ℥ i. ss. thuris albi, Gum. bederæ ana ℥ i. laseris odorat. ladani, styrac. calamit. ping. ammoniaci, bdellii, opopanax. sarcocolle an. ℥ vi. Rad. aristol. rot. rad. imperator. rad. angelic. rad. diclam. alb. rad. consolid. rad. aconiti, rad. iridis, rad. tormentillæ, rad. bistort. Sem. hyperici, sem. citri, Cort. citri ana ℥ ss. cinamom. caryophyll. nuc. myristic. macis ana ℥ i. mastich. aloes, sang. dracon. gran. Tinct. ana ℥ ss. diclam. Cret. ℥ i. Ol. glad. Unguent. ℥ iii. ol. baccar. junip. ℥ i. ss. ol. cera ℥ i. ol. ex resina pini ℥ i. ss. terebinth. claræ, lachrym. abjet. ana ℥ i. ss. aq. ardent. opt. ℥ vi.

M. diligenter, liquatis gummis, quæ liquari possunt, seorsis cum portione terebinth. cæteris verò aridioribus grosso modo pulverisatis, cojicianturque omnia in retortam, quæ in balneo calentis aquæ per 3. dies detineatur, inde luto obducatur, & in æstuario maneat, donec exsiccatum sit lutum; postea igne cineritios. a. extrahatur oleum: exhibit autem primò aqua, quam Balsami aquam voco, quæ seorsim debet servari, deinde oleum, quod Balsamum dicitur.

80. Balsamum Vulnerarium Samaritanum.

℥ Ol. olivar. vel ol. hypericonis, vini alb. generosi
ana p. eq.

Coq. ad ignem, ad consumptionem vini.

Est insigne ad vulnera recentiora consolidanda.

81. Balsamum Vulnerarium Sennerti.

℥ Terebinth. claræ ℥ ij. Resinæ Pini ℥ iii. Thuris,
Myrrhæ, Mastich. ana ℥ i. ss. Gum. Elemi ℥ i.
Destillantur s. a.

82. Balsamum Vulnerarium Comitissæ à Solms.

℥ Fol. plantag. maj. & min. fol. auricul. muris, fol. con-
solid. fol. betæ sylvest. fol. pulicar. fol. agrimon. fol. centau-
rie, fol. millefol. fol. fenicul. fol. nicotian. fol. alchymill.
fol. mors gallin. ana M j. Rad. consolid. regal. ℥ i.

Omnia debito tempore colligantur de crecente Lu-
na, contundantur ac gossypii ℥ i. ss. includantur, ulti-
mò addantur Lumbri N. 50. omnibus collectis per
mensem stent in loco siccò, deinde coquantur in olla
vitreata, donec nulla humiditas in herbis appareat
ad ℥ i. addatur Terebinth. Venet. ℥ i. Fit Balsamum co-
loris viridis, sanans vulnera omnia.

83. Balsamum Vulnerarium D. Vvolfgang. Tubingensis.

Qui id à Paracelso, quo cum olim diu versatus
fuerat, summi secreti loco obtinuisse fertur.

℥ Thur. ℥ i. cinamom. caryoph. galang. nuc. moschat-
eubeb. mastich. aloes hepat. ana ℥ ss. gumm. beder. ℥ ii.

Pulverisata omnia misce c. s. q. spiritum terebinth.
stent in digestionem per 8. dies aut plures, si fieri potest
postea destila primò per M B. Nam prior liquor ad in-
terio-

teriores aliquot morbos, ut sunt, obstructions Epat. Re-
num, Colic. in cruditatibus stomachi, suffocat. matrici
si umbilicus eo repleatur, magnam vim habet. Postea
vitrum obduc luto & per arenam residuum destilla,
donec feces aridissimæ sunt. Quod primum exit lactei
coloris est, & non ingrati odoris, optimum ad vul-
nera communia. Ultimus verò liquor niger est, &
odore gravis, optimus tamen ad ulcera mala.

84. Bezoar Sophisticum.

*℞. Boli armen. præp. cum spir. Vitrioli, C.C. usti, mar-
garit. præpar. Rad. tormentillæ, rad. scorzonerae, Sem.
acetosæ, sem. card. benedic. Fol. ejusdem, Sal. corallor.
Succin. albiss. ana ℥ i. Contrajerv. ℥ ss. Camphoræ ℥ ii. ss.*

Cum gelatina C.C. cum aqua scorzon. extract. formetur
pila ovalis, ex lenissimo calore ficcetur, iterque exci-
candum subinde contrectetur digitis inunctis ol. succina
rectif. donec in lapideam duritiem concreascit: potest
addi.

Unicornu veri, Bezoar Oriental. Lachrym. Cervi an. ℥ i.

85. Bezoardicum Cervinum Benedictum D. Berah. Herlini, Med. Coburg.

*℞ C.C. phil. præp. ℥ iii. Extract. angelicæ, extract. card.
benedic. extract. Zedoar. ana ℥ ii. affund. nostri aceti ale-
xipharm. ℥ iv. spiritus sambuc. spir. theriacal. ana ℥ ss.*

M. stent simul in digestionem vase benè clauso, donec
omnis humiditas absorpta sit. Materiam deinde opti-
me exsiccata subtilissimè pulverisa & serva pro usu,
quod divinum penè est in contagiosis & pestilen-
tibus morbis.

Dosis ℥ ss. ad ℥ ss.

86. Bezoarticum Viperinum D. Andr. Cnoffelii.

℞ Pulv. viperin. ex sola spina seu ossibus nostro more per

ſe absque igne præp. Unicorn. mineral. Terræ figillat. Melitens. Oculorum cancr. ana part. æqual.

Misce F. Pulvis, qui cum *Essent. viperin.* seu solo *Decocto viperarum* s. q. sæpius inebriandus, & iterum per se exsiccandus est Jam.

Recip. *Pulv. hujus viperin. composit. iii. Antimonii diaphoret. fixi ℥ ii. Essent. moschat. ambarifat. ℥ ss.*

Et cum *Mucilag. tragacant.* (per decoct. viperar. fact.) s. q. fiat Massa, ex qua postea formentur Globuli in forma *Terræ figillatæ* vel protubitu. Usus itidem est *Alexipharmacus.*

202. Emulſio ad Ardorem Urinæ Riverii.

℞ Sem. 4. frig. maj. Sem. papav. alb. an. dr. iii. amygd. dul. excort. & in aq. frig. infuſ. unc. ſſ.

Contundantur in mortario marmoreo, ſenſim aſſundendo

Decoct. ex hord. mund. ex liquirit. ex portulac. & ſummit. malvæ parat. ℥ i. ſſ.

F. Emulſio pro tribus doſibus, addendo cuilibet doſi
ſyr. violar. unc. i. ſal. prunellæ ℥ i. gumm. Arab. dr. ſſ.
M.

203. Emulſio Coralliata D. Andr. Cnoſſelii.

℞ Decoct. hord. Aquæ ſpermat. ranar. deſtill. ſem. melon. ſem. cucumer. an. ℥ ii. amygdal. dulc. excort. N. viii.

F. l. a. Emulſio ſimplex, adde

man. chriſt. coralliat. ℥ ſſ. corall. rub. c. ſperniol. infuſcat. ℥ ii. ocul. cancr. præp. ℥ i.

M. F. Emulſio coralliata.

Maximè utilis eſt in fluxu immodico hæmorrhoidum, contra quem Sac. Reg. Majeſt. Polon. per 10. dies uſurpavit, & ex ſolo uſu huius medicamenti convaluit.

204. Emulsio Cordialis in Peste D. Tudecii.

℞. Sem. napi, sem. citri, sem. card. bened. sem. angelic. an. ℥. ii. aq. scorzon. ℔. i.

F. f. a. Emulsio

Cui adde:

Bezoar. Or. ℥. i. man. Christi perlat. ℥. ii. CC. præp. ℥. i.

M. pro tribus dosibus.

205. Emulsio ad Gonorrhœam benignam
D. Ettmulleri.

℞. Sem. agni cast. ℥. ss. sem. cannab. ℥. ii. cum s. q. aq. nymphaea.

F. Emulsio, cui adde

℞. ss. sepia præpar. succini alb. præp. an. ℥. ss. ad ℥. ii. Edulcoertur pauco saccharo.

206. Emulsio ad Variolas expellendas
mihi usitata.

℞. Sem. melon. sem. napi, sem. aquileg. an. ℥. i. aq. flor. sambuci, aq. fl. tilia an. ℥. i. ss.

F. l. a. Emulsio

Cui adde

C. C. usti præp. ℥. ss. ad ℥. ii. sacc. perlat. q. s.

M. pro una dosi.

207. Essentia Anodyna D. G. VV. Vvdellii.

℞. Opii pulverisat. q. v. v. g. ℥. ii. vel iii. affundatur aquæ simpl. vel destill. aquos. ror. majal. phlegmat. Aceti destill. inspid. q. s.

In vitro locata ponatur in destillatam vel etiam in ollula ad ignem, donec coctione vel sufficienti calore penitus sit dissolutum sulphur. Hinc filtretur calidus li-

liquor tinctus, & separatus a partibus grossioribus terreis, & evaporetur ad tertiam vel quartam circiter partem, quo facto affusus spir. vin. in momento essentiam cum tinctura in se recipit, quæ sic habetur elegantissima intra unum alteramque horam.

208. Essentia Antipodagrica D. Fr. Hoffmanni.

℞. *Anagalis purp.* ℥. ii. *Rad. acor. aquat. rad. caryophyllatæ, rad. calam. arom. rad. rhapontic. ana* ℥. ss.

M. & affunde *Vin. opt.* q. s. ut aliquantulum supernatet, additis aliquot guttalis spiritus vitrioli. F. l. a. extractio, postea abstrahæ dimidiam partem, & adde spiritus vitrioli ℥. ss. spirit. salis unc. ii. circula aliquandiu, & reserva ad usum.

Dosis gutt. v. vi. ad x.
cum jusclo.

209. Essentia Aperitiva D. Michaelis.

℞. *Herb. agrimon. herb. scolopendr. herb. cuscut. herb. meliss. herb. ceterach, herb. fumar. herb. cichorii, herb. tarax. herb. marub herb. capill. veneris, herb. adianth. an.* M. ii. *Flor. hyper. M. i. Rad. rhabarb. monach. rad. filic. rad. taraxac. rad. chichor. rad. fragor. rad. gramin. ana* unc. ii. *rad. curcum. unc. i. Flor. cichor. Fl. bellid. min. Flor. epat. nobil. Flor. genist. an. p. iii. Cort. cappar. cort. tamarisc. cort. fraxin. an. unc. ii. Sem. asparag. sem. fraxin. an. unc. ss. sem. anisi sem. fœnicul. an. ℥. ii. Gumm. laccæ, ℥. i. c. s. q. liquoris appropriati.*

F. l. a. Essentia.

Dosis gutt. xxx. ad xl.

210. Essentia Cephalica composita
D. Andr. Cnoffelii.

℞. *Rad. pæon. certo tempore collecti* ℥. ii. *Summit. betonicæ, summit. meliss. summ. lavendul. summ. basilicon. sum-*

75

*summit. rutæ, summit. origan. an. M. i. Confect. ana-
card. Theriac. Androm. an. ℥. i. visc. quercin. ligni aloes
ana ℥. ss.*

Pulverisata & gr. m. incisa cum reliquis optime
mixta infundantur cum

spir. vin. juniper. ℔. ii. ss. spir. vin. sambucin. ℔. ss.

Et in vitro bene clauso stent per octiduum in dige-
stione, colaturæ per chartam emporeticam institu-
tæ, adde

*spiritus vitrioli roridi com. ℔. ss. rasur. cran. human.
magistr. corn. alcis præp. an. ℥. i. essent. nuc. mosch. dr. i.
ss. essent. coriandr. ℥. ii. essent. citri ℥. ii.*

Mixta digerantur denuò in vitro circulatorio, her-
meticè clauso, per duos vel tres menses, circulatio-
ne peracta, illud quod subtile est a crasso sedimento
per inclinationem separetur, & Essentia Cephalica
ita simpliciter & absque destillatione parata adserve-
tur ad usum necessarium.

Cephalicum, Epilepticum, & Apoplecticum me-
dicamentum est insigne.

211. Essentia Hypochondriaca

D. Tim. à Guldenkleee.

℥. Limat. Martis subtiliss. ℥. ii.

irroretur *spiritus vitrioli q. s.*

Mixta stent in vase vitreo per triduum, postea af-
funde vin. alb. generos. ℔. i. stent in digestionem per 7.
dies, agitentur quotidie aliquoties. Colatur. adde
*trocisc. de cappar. ℥. vi. trochisc. de rhabarb. unc. ℔.
spec. diarrhod. Abbat. dr. ii. spec. diatron. santal. dr. i.
spec. aromat. rosat. ℥. i. ℔. cremor. tartari ℥. ii. fecul.
bryon. fecul. aronisan. ℥. i. croc. orient. dr. i.*

Mixta digerantur in M. B. per triduum, postea co-
lentur, Colatura ad medietatem abstrahatur per de-
stillat. & residuum servetur in vitro.

Dosis & scr. ℔. ad scr. i. ℔. ex juscule carniū, aut
alio liquore convenienti.

212. Essentia Lithontriptica D. Andr. Cnoffelii.

℞. Spir. juniper. spir. heder. terrestr. an. ℥. ss. extract. rad. saxifrag. extr. baccar. juniper. an. ℥. ii. extr. folior. heder. terrestr. extr. alkekeng. an. ℥. i. Salis tartari ℥. iv. oleo juniper. ℥. i. ol. carvi, ol. anis. ana ℥. i.

Commixta digerantur in vitro optime clauso tantum diu, donec perfecte uniantur, postea filtretur per chartam emporeticam Essentia, usuique servetur.

In omni calculorum genere prodest.

Dosis cochlear semis ad i. & ii.

213. Essentia Regia composita.

℞. Confect. alkerm. ℥. ss. ambr. præp. ℥. ii. essent. perlar. essent. triam piper. per elixir Matthiol. fact. an. ℥. iv. zibeth. non sophisticat. ℥. i. mosch. ℥. ss. Olei cinamomi gutt. viii. ol. caryoph. gutt. iv. ol. macis ℥. i. Spiritus formicar. comp. elixir Matthiol. ana ℥. iv.

Misceantur probe, & in vitro angusti orificii, quod optime clauditur, stent per octiduum in digestionem, in loco tamen non nimis calido, postea filtrentur, & ad usum in vitro bene munito servantur.

Cordiale, Cephalicum, & Venereum est insigne.

Dosis gutt. viii. ad xv. & ultra in vino generoso Hispanico seu Moscatellino vel aqua cinamomi.

214. Essentia Sanguinis humani D. Mart. Ruland.

℞. Spir. vin. s. q. Huic instilletur sanguis ex vena secta sani hominis extractus, eumque mixturam in phiola serva, & digere per integrum mensem, ut leni hoc calore putrescat. Tunc destilla spiritum vini, & prodibit oleum cum ipso spir. vin. serva separatim; posthæc ex cranio extrahe Salem; conjuge id cum spiritu & oleo, & circula in phiola per aliquot temporis

poris spatium: & habebis præstantissimam Essentiam sanguinis humani, quæ prodest in Epilepsia, Paralysi &c.

215. Essentia contra Vermes D. Michaelis.

*℞. Fol. persicor. M. iii. fol. hyperic. M. ii. fol. tormen-
till. M. i. Rad. silic. ℥. iv. Rad. gramin. ℥. ii. Sem. por-
tulac. ℥. β. sem. hyper. ℥. iii. semin. santon. ℥. v. semin.
nasturt. ℥. iii.*

*F. l. a. species, quæ extrahantur Spiritu absinth.
& tanacet.*

216. Essentia Viperarum.

*℞. Viperar. s. serpent. ad albedin. calcinat. part. β.
Spiritus Salis part. i. Aquæ pluvial. destill. q. s.*

Sæpius solve, filtra, & evapora, donec nullæ amplius feces remaneant, & Sal album appareat. Hujus Salis *℞. ℥. i.* affunde spir. vin. *℥. iii.* digerendo 8. dies & noctes, extrahe Essentiam, & manebit liquor quidam oleosus. Tum

℞. Gelatin. viperar. ℥. iii. liquor. oleos ℥. i.

Solve ambo in spir. vin. conjuge, & per 2. dies circula, & menstruum separa, relinquitur liquor rubeus pellucidus.

Est optimum contra omnia venena, præsertim vero contra pestem medicamentum.

Dosis 2. 3. 4. 5. gutt. in aqua appropriata.

217. Essentia Vitæ D. Herlini.

*℞. Aquæ ex cord. cerv. ℥. i. β. Spiritus rosar. spir.
lil. convall. spir. rub. idæi an. ℥. i. sacch. ℥. β. olei cina-
mom. ol. caryoph. an. gutt. ii. ol. meliss. ol. cort. citr. ol.
aurant. an. gutt. iv.*

Misceatur in vitro, & servetur pro usu.

218. Ex-

218. Experimentum in Febris malignis
D. Jac. Vvepfferi.

℞. C. C. sin. Igne præp. unc. ℥. Os. de cord. cerv. dr. ℥. Terræ sigillat. Sales bol. Armen. an. dr. i. Rad. zedoar. rad. angelic. an. dr. ii. rad. tormentill. rad. pentaphyll. an. dr. i. Fol. acetosæ, fol. scord. fol. card. ben. an. dr. i. ℥. Sem. citr. excort. sem. aquileg. sem. acetos. ana dr. i. ocul. cancr. præp. succin. præp. corall. rubr. præpar. margarit. præp. croci ana dr. ℥. ss. santal. citr. smaragd. præp. hyacinth. præp. an. ℥. i. fol. Auri N. 5.

In aceto scordii macerentur omnia 24. horas, & exsiccentur.

F. Pulvis subtiliss.

Dosis ℥. ℥. scr. ii. ad ℥. i

129. Experimentum ad Menses movendos
D. Sorbait.

℞. Pomum aurant. excavatum, imple croco, & chartæ madidæ involutum coque sub cineribus, coctum impone tribus sextariis vini albi, & de hoc dentur sæpius 4. cochlearia.

220. Experimentum ad Panaritium D. Sorbait.

℞. Ovum recenter exclusum & adhuc calidum, ei-que digitus imponatur, quo facto, patiens illico a doloribus liberabitur.

221. Experimentum ad Præservandam Epilepsiam
puerorum Hartmanni.

℞. Stercus de Vacca nigra adhuc calidum, indatur ollæ novæ, & calcinetur, de quo exhibeatur ℥. i. ad ℥. ss. modo nato infanti: tandem evomet copiam impuritatū in utero materno collectarum, quæ impuritates sunt

79

sunt causæ multorum malorum in pueris, & præsertim Epilepsiæ. Quod si non evomat, per alvum saltem purgabitur.

222. Extractum Aperitivum D. Rothii.

℞. Summit. absinth. vulg. M. iv. absinth. Pontic. cort. sambuc. interior. an. M. ii.

Incid. & contund. gr. m. Infund. in Vin. Rbenan. ad eminent. 4. digitor per duos dies, & noctes, postea exprime, expressum per M. B. evapora, & Fiat Extractio.

223. Extractum contra Calculum D. Spatrii,
Pharm. Francof.

℞. Rad. ononid. ℥. i. rad. petroselin. rad. alth. rad. asparag. an. ℥. iii. rad. cucum. asin. rec. rad. calam. aromat. rad. aristol. rotund. rad. squill. præp. an. ℥. ii. Herb. berniar. herb. fragar. herb. saxifrag. herb. nasturt. an. ℥. iii. herb. equiset. ℥. ii. Flor. sambuc. ℥. ii. ss. bacc. alkekeng. bacc. juniper. bacc. cynosbat. an. ℥. iii. Heder. arbor. dr. ii. sem. sinap. dr. iii. flor. genist. flor. violar. ana. dr. i. ss.

M. & cum spir. vin. fiat l. a. Extractum.

224. Extractum Chalibeatum D. Schvvalenbergeri.

℞. Limat. chalibis præp. unc. iii. rad. ireos ℥. i. rad. zingiberis rad. bugloss. sylvest. rad. ciclamini rad. eryngii, rad. bryon. an. ℥. ℞. fol. ceterach. fol. ling. cerv. fol. beton. fol. rut. fol. chamadr. fol. chamæpyth. fol. agrimonie fol. calaminth. an. gr. xv. Spic. Indic. croc. an. gr. v. cort. frax. Rad. cappar. rad. fagi, rad. salicis, rad. costis dulc. an. scr. i. Ling. visc. querc. ℥. i. cinamom. dr. i. ℞. Sem. amiossem. cardamom. sem. cimin. acet. macer. sem. corian dr. præp. sem. agni casti sem. melanth. sem. petroselin. sem. portulac. an. ℥. ℞. siler. montan. ℥. i. gran. xv. galang. caryoph. macis, lign. aloes zedoarie doronic. gentian. an. gr. xv.

Incid.

Incid. & contund. gr. m. infund. c. f. q. spir. vin. F.
l. a. Extractum.

225. Extractum Nobile Herbipolensium.

℞. Spec. diamosch. dulc. spec. diaxyloaloes an. ℥. ii.
spec. pleres Archont. spec. liberant. spec. aromat. rosat.
spec. letificant. Rhas. spec. dianthos ana ℥. i. Fl. salvia,
Fl. chamom. Rom. Fl. lil. convall. Fl. paralyt. Fl. la-
vendul. Flor. stæchad. Arab. an. ℥. i. ss. fl. meliss. fl. bor-
ragin. fl. bugloss. fl. spic. celtic. fl. anthos ana ℥. i. fl. chei-
ri, fl. calendul. an. ℥. ii. Rad. polypod. rad. arist. rotund.
rad. pæon. rad. galang. rad. liquirit. an. ℥. i. Visc. querc.
Sem. carv. sem. anis. caryophyll. cardamom. cubeb. Pulv.
majorane, pulv. salv. pulv. organ. pulv. byssop. pulv.
marrubii, pulv. cinamom. ana ℥. i. ss.

Omibus c. spir. vin. extractis l. a. F. Inspissatio.

226. Extractum Umbilicale purgans
D. Doreri.

℞. Pulp. colocynth. ℥. ii. zedoar. galang. irid. an. ℥. i.
agaric. ℥. ii. salis gemm. ℥. ii. ℥. ii.

Macerentur per horas xii. in Vin. absinth. ℔. ii.
Expresso adde

Galban. in acet. scillit. solut. dr. ii. ℥. ii. croc. ℥. iv.
Inspissa lento igne ad crassitiem Linimenti.

227. Fumus Hispanicus.

℞. Granor. styrac. ℥. i. gumm. benzon. ℥. iv. mosch.
opt. spiritu rosar. sol. gutt. xvi. ambr. zibeth. an. ℥. i.
Olei stillat. citrin. gutt. viii. ol. cinam. gut. x. ol. caryoph.
gutt. vi. ol. stillat. majoran. ℥. ss. ol. N. M. express. ℥. i.
balsam. Peruvian. dr. i.

F. l. a. Pastilli.

228. Fumus Pestilentialis D. de Sorbait.

Recip. *Lign. juniper. bacc. ejusd. rasur. corn. capr. an. ℥. i. sulphur. viv. thur. succini, myrrh. rad. angelic. fol. rut. sacchar. alb. an. ℥. ss. Camphor. ℥. i.*

Misc. F. Pulvis grossus carbonibus iniiciendus.

229. Gargarismus ad Anginam.

Recip. *Cancr. fluviatil. viv. ℥. β. semperviv. rec. Herb. uvular. herb. prunell. an. M. ii. Cynosbat. sicc. ex ac. ℥. i. aq. fontan. cal. ℥. iv.*

Contund. in Mortar. lap. & Express. forti add.

Mell. rosar. syr. violar. p. an. ℥. i. β. syr. diamor. unc. i. Spir. Nitri ℥. i.

M. F. Gargarismus, quo os sæpius calidè colluatur.

230. Gelatina Ribium purgans D. Arvisæi.

Recip. *Turpeth. alb. gummos fol. senn. Alexandr. rad. esul. cum aceto destillato præp. an. unc. i. agaric. albiss. sem. cartham. exc. epithym. cret. myrobalan. citrin. myrob. indor. ana unc. β. cinam. acerrim. cardamom. galang. zedoar. summit. schœnant. an. ℥. ii. Flor. borrag. flor. bugloss. flor. violar. an. p. ii. sem. anis. ℥. iii. spirit. vin. rectific. q. s.*

F. l. a. Extractum pultis instar liquidioris.

Recip. *Hujus Extracti, rob. ribium an. ℥. i.*

M. & infundantur in scatulis ligneis.

231. Globuli ad Fonticulos.

℥. Turpeth. hermodact. alb. agaric. alb. herb. ivæ arthritic. an. ℥. vi.

F. Pulvis subtilissimus, adde

cere citrin. nov. ℥. iv.

Cera solvatur in patella in aqua calida postea addantur pulveres & F. Massa & ex Massa Globuli.

F

232. Alii

24. *Scammon. pulv. ℥. ℥. turpeth. ℥. i. β. argaric. ℥. iv. irid. Florent. ℥. β. pulp. colocynth. ℥. i. ceræ. ℥. ii.*
F. l. a. Globuli debitæ magnitudinis.

233. Gluten Juniperinum D. Andr. Cnoffelii.

Hoc *Gluten* (teste experientia rusticorum in Styria) nunquam toto anno magis reperitur, quam mense Majo, imprimis horam unam aut duas post imbres nimbosque, ubi circa nodos seu juncturas stolonum annuorum juniperi instar candidæ, interdum flavescentis gelatinæ ex internodiis esudat, quemadmodum synovia ex articulis hominis, ibique concreta adhærescit, non tamen ita firmiter, quin vento vehementiore concussa decidat, aut à solis radiis liquata defluat, quod ipsemet hîce vidi oculis. Quod si contingat, ut Gelatinam hanc nec venti, nec imbres, nec solis radii lædant, in fungos concedit, qui vitro inclusi salique expositi in lymphidum liquorem resolvuntur.

Liquor iste virtute ea prædatur est, ut membris paraliticis applicatus (juncturis quotidie bis inunctis) omnem contracturam perfecte sanet, quod certe summum arcanum est, ipsa etiam signatura præbente argumentum. Quare etiam ab arthritide confectos articulos eundem liquorem restaurare & corroborare necesse est.

234. Grana Angelica D. Theod. de Mayerne.

24. *Fol. beton. fol. chamæpyth. an. M. i. fol. salv. fol. majoran. an. M. β. fol. menth. fol. meliss. an. p. ii. Fl. Keyri, Fl. pæon. Fl. sambuc. an. p. iii. Summit. absinth. utriusque an. p. i. Sem. anis, sem. fœniculi ana ℥. ii. bacc. junip. ℥. iii.*

F. Decoct. & colatura clarificanda in qua dissolve aloës rosat. ℥. ii. coagula.

24. *Fol.*

℞. *Fol. senn.* ℥. i. *℞. rhabarb. agaric.* ℥. ss.
 Extrahatur Tincture cum aqua beton. Expressio ad-
 datur extracto prædicto, coagula, adde
masticb. ℥. iii. *macis* ℥. i.
 F. Massa Pilularum.

235. Haustus ex Millepedibus contra spasmus
 T. Vvillis.

℞. *Milleped.* N. 12. contusis cum vino albo affuso
 exprimatur succus.
 F. Haustus, qui detur bis in die.

236. Hippocras Stomachicum.

℞. *Cinamom. acut.* ℥. ss. *zingiber. calam. aromat.*
caryophyll. an. ℥. ii. *sacchar. alb.* ℔. ss. *vin. Rhenan.* ℔. ii.
 Stent in infus. per aliquot hor. loc. cal. postea traji-
 ciatur Vinum per colator. fervetur pro usu.
 Dos. ℥. iii. ℥. iv.

237. Infusum Corticis Peruviani
 D. Thom. Sydenham.

℞. *Cort. Peruvian. pulv.* ℥. ii. *Vin. Rhenan.* ℔. ii.
 Stent simul in infusione frigida & coletur per ma-
 nicam Hippocrat. Usus tempore cap. ℥. iii. tertia vel
 quarta quaque hora.

238. Infusio Ligni nephritici D. And. Cnoffelii.

℞. *Lign. nephrit. ver. & in particulas parv. prius*
concis. ℥. iv. *vin. rhenan.* ℥. xxxii.

Macerentur simul & tam diu, donec liquor infusus
 colorem cœrulem dilutionem contraxerit adde

Sacchar. citrar. ad placitum.

In difficultate urinæ & dolore nephritico, mirabi-
 les

les experiuntur effectus ex hac infusione ii. qui assidue ea utuntur.

Dosis ℥. iv. mane tribus horis ante prandium per 14. dies. Sunt qui potum ordinarium atque vinum, ea diluunt.

Hanc Infusionem (quæ gratissimi est saporis) per aquam fontanam seu acidulas Egrenses, sibi ipsamet parare solita est Regia Majestas p. m. Uladislavus iv.

239. Julapidum Aulicum ad Menses movendus
D. Sorbait.

℥. Succi limon. ℥. i. sacch. alb. q. s.

Coq. ad Julapii consistentiam, addendo sub finem Croci Aust. subtiliss. pulv. q. s. ad intensam flavedinem.

Dos. manè & vesperi jejunio stomacho, Cochlearia duo.

240. Julapium Cardiacum in Febris ardentibus
Riverii.

℥. Aq. acetosæ, aq. naphæ, aq. rosar. ana ℥. i. ss.
syr. de succo limon. syr. de succ. granat. acid. ana unc. ss.
conf. alkerm. ℥. i.

M

Utantur frequenter ex cochleari.

241. Julapium Perlatum D. Sydenham.

℥. Aq. ceras. nigr. aq. lactis alexiter. an. ℥. iii. aq. cinamom. bordeat. ℥. i. margar. præp. ℥. i. ss. sacch. crystallin. q. s. aq. rosar. Damascen. ℥. ss.

F. Julapium.

Dos. in languoribus cochlearia 4. vel 5.

242. Jusculum ad Alvum adstrictam
Riverii.

Rec. Fol. betæ, Fol. mercurial. an. M. i.

Coq.

85

Coq. in Jusculò communi, quod capiat una hora
ante prandium.

243. Jusculum ad Dysuriam Ejusdem.

℞. Rad. althææ ℥. ss. fol. malvæ M. i. liquirit. unc. ss.
sem. cydon. ℥. i. bulliant cum jusculo pulli vel gallinæ.
F. Jusculum per plures dies iterandum.

244. Lac virginis secundum Sennertum.

℞. Lithargyr. ℥. iv. coq. in aceti opt. ℔. iii. ad ter-
tiæ partis consumptionem, refrigeratum coletur per
filtrum, postea

℞. sal. gemmæ ℥. iii.

Coq. in aq. clara ad tertiæ parti consumptionem;
Tandem.

℞. Aq. hujus partes ii. aceti prioris part. i. M.
Prodest inter alia ad lentigines.

245. Laudanum Hystericum D. Dolæi.

℞. Extract. opii cum succo cydon. fermentat. ℥. i. extra-
zedoar. ℥. ss. extr. verrucar equin. extr. rad. calam. arom.
an. ℥. ss. cinab. nativi, castor. ana gr. xi. croci gr. xv.
lap. Bezoar. or. ℥. ss. ol. succini, ol. rutæ ana q. s.

F. l. a. Extractum.

Cujus gr. 2. 3. ad 4. in aq. melissæ aut Calaminth. ex-
hibita mira præstant.

246. Laudanum Liquidum D. Sydenham.

℞. Vini Hispan. ℔. i. opii ℥. ii. croci ℥. i. pulv. cina-
mom. pulv. caryophyll. an. ℥. i.

Infundantur simul in B. M. per 2. vel 3. dies, do-
nec liquor debitam consistentiam acquirat, colat.
servetur pro usu.

Dos. gutt. iii. vii. xii. ad xxv.

247. Laudanum Opiatum D. Refenbodt.

℞. *Essent. opii* prius debito modo purgat. & cum
succ. citr. extract. ℥. i. *Essent. citr. c. aqua citr. destill.*
extract. unc. ss. spec. diamb. spec. cordial. temperat. ana
 ℥. ii. *Terræ sigillat. turcic.* ℥. i. *ss. os de cord. cerv. præp.*
 ℥. iv. *Magist. succin. alb. rit. præp. & liquid.* ℥. ii. *olei*
destill. citr. gr. xv. ol. destill. aurant. gr. vii. ol. destill.
anis ℥. ss. *ol. N. M. express.* ℥. ii.

M. fiat Massa.

248. Laudanum Urinarium secretum.

℞. *Succ. liquiritie in aqua alkekeng. solut.* ℥. i. *ss.*
campb. ℥. i. *extract. croc.* ℥. iv. *extract. alkekeng. unc. ss.*
Gum. tragacanth. gum. mastich. an. dr. i. ss. Laud. opiat.
dr. ii.

F. M. Singulare in urina promovenda, expellendo calculo, ac aperiendis rerum obstructionibus.

249. Lapis Medicamentosus correctus

D. G. A. Mercklini Patr.

℞. *Aluminis commun. unc. ii. vitrioli ungaric. unc. i.*
vit. alb. salis Armoniaci an. unc. ss.

Pulverisata misce in olla nova non vitreata, affunde acetum acerrimum, ut fiat instar pultis, hinc ad ignem lentum liquefiant, quibus admisce

ceruss. unc. i. ss. bol. armen. dr. vi. mastich. elect. thur.
an. dr. ii. campbor. dr. i.

Subtilissimè pulverisentur, & spatulo ligneo inter ebulliendum probe agitentur, ne effluant, donec in lapideam consistentiam inspissentur.

250. Lapis salutis D. Krafft.

℞. *Vitrioli ungar.* ℔. i. *anodyn. mineral. salis armoniaci, an. ℔. ss. tartari, aluminis crud. an. unc. iv. salis gemmæ unc. ii.*

Pul.

Pulverisentur singula seorsim, ponanturque in olla nova vitreata satis capaci, quibus postea affunde ad supereminentiam spithamæ.

Aceti flor. sambuc. viridi æris tinct. aquæ sapphir. per urinam pueror. fact. q. s.

Mixta coquantur leniter, (spatula lignea frequentius agitando) donec spisse scere incipiant, ubi circa finem adhuc adjiciatur.

sacch. saturni crystallizat. & in pulv. redact. unc. i. sulphuris vitrioli, unc. ss.

Misceantur bene, & in lapideam substantiam materia convertatur, quæ ad suos usus reservanda est. Rem si recte institues, lapis hic viridi usculi erit coloris, lapidis turcoidis instar, aliàs si diutius in igne permanferit, rubei erit coloris.

Valet in omni dolore arthritico, maximè contra chiragram, gonagram & podagram: dissolvitur in *aq. antipodagrica* ejusdem Authoris, seu in *aq. sperm. sanar. aq. flor. omnium*, vel alia *Aq. anodyna*, filtratus liquor prius calefactus linteis duplicatis adhibetur. Insuper virtutes hujus lapidis sunt, in omni inflammatione, scabie, morphæa, ulceribus putridis, & fœtidis, gingivis exulceratis, cancro, & in aliis adhuc multis infirmitatibus, si in *Aq. simpl.* vel *ap. propriata* solutus, debite applicetur.

251. Linctus Ant-Iliacus D. Henr. Scretæ.

℞. Mænnæ calabrin. ol. amygdal. dulc. rec. syr. papav. errat. an. ℥. i. sperm. cet. rec. ℥. ss. diaphoret. Jovialis ℥. i. confect. alkerm. compl. ℥. i. nitri, C. C. volat. Cinab. nativ. an. ℥. ss. M.

Sæpius de hoc Linctu cochlear sumatur unum in passione Iliaca clysteribus terebinthinatis & fortiter purgantibus, subinde intercalatis.

252. Linimentum ad Alopeciam Galeni.

℥. Fol. arund. græc. ustor. ℥. ss. Erinacei usti ℥. i. muscetr. dæ ℥. ii. cum aceto trita illine.

253. Linimentum Alvum adstringens
D. Sorbait.

℥. Ung. Comitissæ ℥. iiii. ol. omphacin. ol. myrtin. ol. cydon. ol. mastichin. ana ℥. ss. Mass. empl. contra rupturam ℥. vi.

M. ad ignem & totum abdomen inungatur.

254. Linimentum ad Cancrum non exulceratum
D. Barbette.

℥. Succ. plantagin. succi intybi, succ. sedi major. succ. solani, aceti rosac. ol. myrtillor. ana ℥. i. terebinth. Venet. ℥. ii.

Agitentur in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo addendo.

Cort. granat. cort. citri ana ℥. i. boli armen. plumbi usti, camphoræ ana ℥. ss.

M. F. Linimentum.

255. Linimentum ad Cicatrices delendas
D. Barbette.

℥. Borac. Venet. ℥. iiii. camphoræ ℥. i. fellis bovis ℥. i. ol. myrrhæ ℥. ii. axung. Capon. ℥. ss.

M. F. Linimentum.

256. Linimentum Cosmeticum D. Andr. Cnoffelii.

℥. Aquæ mercurialis part. i. aq. comm. fluviat. non dest. part. vi. mixtur. rub. cosmet. pro lacte virg. q. s. Jam

℥. Pulveris cosmet. inferior. ℥. ss. mixtur. mercurialis albescentis q. s.

F. Linimentum.

Cum hac mixtura illine faciem, ab omni immunditie prius lotam, & purgatam, albedinem conciliat gratissimam & amabilem: sed caute adhibendum est, ne oculos & dentes attingat, & raro. Illiniri quoque potest Linimentum hoc lineo panno, decies prius mucagine recenti imprægnato, ex quo deinde chirothecæ ac larvæ cõfici possunt, nocturno tempore applicandæ.

257. Linimentum ad dolorem hæmorrhoidum

D. Ettmulleri.

℞ *Mucilag. sem. psyll. mucil. sem. cidon. mucil. sem. lini an. ʒ ss. aqu. rosar. unc. i.*

Bulliant lentè ad aquæ consumptionem, postea add.

Butyr. rec. unc. i. vitell. ovar. N. ii. ol. rosar parum.

M. in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo ad colorem lividum.

258. Linimentum ad Dolorem hæmorrhoidum

Phil. Masiero.

Recip. *Milleped. q. s. conquassentur & bulliant cum ol. nucum. colatura applicetur.*

259. Linimentum ad Impetiginem D. Dolæi.

℞ *Succi semper vivi ʒii. cretæ pulv. q. s. salis saturni ʒ*

M. F. linimentum.

260. Linimentum ad pilorum è palpebris deflu-
vium D. Sennerti.

Recip. *Muscar. combust. ar. ii. stercor. hirund. lap. lazul. spicæ Indicæ an. dr. i. mell. despumat. q. s.*

M. F. Linimentum.

261. Linimentum ad Plicam D. Cnoffellii.

℞. Herb. musci terrest. repent. rad. bryon. an. p. æq. adipis crinacei q. s.

Coq. in vase vitreo in B. M. per horam, & F. l. a. Unguentum.

262. Linimentum ad Rachitidem infantum
D. Sydenham.

℞. Ol. lil. alb. ol. tamarisci an. ℥. ii. succi rad. bryon. succi rad. apii an. ℥. i.

Bulliant ad succorum consumptionem, addendo
Ung. de althæa, butyr. insulsi an. ℥. i. gum. ammoniac. in aceto solut. unc. β. cere flavæ q. s.

M. F. Unguentum,
quod Hypochondriis & ventri per 30. vel 40. dies
inungendum.

263. Linimentum ad Serpiginem D. Grulingii.

℞. Gum. tragac. in aq. plantag. dissol. ℥. i. aluminis, mercurii sublimat. an. ℥. i.

M. F. Linimentum.

264. Linimentum ad Suffusionem oculorum
Borrii.

℞. Fellis Galli ℥. β. sang. muris ℥. iii. lact. muliebr. ℥. β.

M. F. Linimentum.

265. Linimentum ad Vacillationem Dentium
D. Ettmulleri.

℞. Rad. bistort. ℥. iii. flor. rosar. rub. ℥. i. β. flor. ba- laust. ℥. i. alumin. ust. ℥. ii.

M. F. Pulvis.

Qui imprægnetur largiter *sp. cochlear.* addito⁹¹
que *melle rosar. q. s.*
F. Linimentum.

166. Linimentum ad Vermes D. Sennerti.

℥ *Succi absinth. succ. fol. persicor. fellis Tauri an. ℥ ss.*
sem. coriandr. aloes an. ℥ i. cum modico ceræ
F. Linimentum.

267. Linimentum ad Verrucas penfiles
D. Sennerti.

℥ *Pingued. Ardæ dr. v. ol. olivar. dr. i. S. apum usta-*
rum dr. i. cineris murium dr. ss.
M. F. Linimentum.

268. Linimentum ad Ulcerum Vermes
D. Barbette.

℥ *Aloes, farine lupin. an. ℥ ii. myrrhæ, fl. æris. an.*
dr. i. fel Tauris unc. ss. mell. q. s.
M. F. Linimentum.

269. Linimentum ad Vulnera sclopetorum
Paræi.

℥ *Ol. lil. alb. vel violar. ℥ iv.*
In iis coquantur *catelli duo* nuper nati ad ossium dis-
solutionem, postea adde
lumbric. terrest. vino lotor. ℥ i.
Coq. simul & colentur sine forti expressione, co-
lat. adde
Terebinth. Ven. ℥ iii. sp. vini unc. i.
M. F. Linimentum.

270. Liqueur aperitivus D. Ramlovii.

℥ Salis fraxini, sal. ononid. sal. juniper. sal. fumarie
sal. genist. an. ℥ ss. sal. melis. ℥ ii. sal. tartari dr. vi. Vitrio-
li martis unc. i. Lap. nephrit. Test. ovar. Lumbr. terrestr.
an. unc. ss. spiritus salis comm. unc. vi.

Incorpora cum Bolo alba, & forma orbiculos, quo
imponere retortæ vitreæ, & destilla s. a. Spiritum.

271. Liqueur Arthriticus Jo. Petr. Lotichii.

℥ Elixir vitæ Augustan. ℥ i. ss. Aq. vitæ simpl. ℥ ii. ss.
aq. salv. aq. rorisma. aq. lavendul. an. unc. i. ol. still. salv.
ol. still. rorismar. an. ℥ ss. ol. costin. ol. vulpin. an. dr. i. ss.
Croc. oriental. gr. v. Opii thebaic. aq. vit. solut. Cam-
phor. elect. an. gr. vi.

M. diligenter ad vitrum.

Corporis evacuatione ac sudore peractis, arti-
culi deinceps, arthriticis defluxionibus infestati,
mane ac vesperi Aqua hac inungi debent.

272. Liqueur Cardiacus excellens Riverii.

℥ Ambræ gryf. ℥ ii. moschi op. ℥ ii. lign. aloes dr. i. ss.
partis albæ Benzoini puriss. dr. iii.

Contusis & simul muxtis affunde sp. vini, ut 4. digitis
supernatet, & ad lenissimū cinerū ignem extrahatur
Tinctura saturata, fiatque liquoris tincti per chartam
emporeticam colatura, & evocetur dimidia pars sp.
vini in cineribus lenissimo igne per alembicum, liquor
in cucurbita restans fervetur in ampulla vitrea forti,
optimè obturata subere, cerato, & vesica.

Dos. gutt. ii. iii. vel iv. in jussulo, vino, Julepo &c.

273. Liqueur ex Millepedibus contra tussim puerorum
convulsivam D. Vvillis.

℥ Milleped. vivorum mund. ℥ ii. pulv. sem. anisi ℥ i. pulv.
nuc.

*nuc. mosch. dr. ss. sacch. alb. unc. i. simul contusis affunde
aq. byssop. anc. vi. aq. limac. magistral. ℥ iii.*

Parum agitentur cum pistillo & F. expressio fortis.
Dos. cochlearia ii. vel iii. bis in die.

274. Liqueur Nephriticus D. Jo. Mich. Febr.

*℥ Ovor. struthion. ℥ v. Ocul. cancr. dr. ii. Lap. percar.
lap. judaic. an. dr. i. spirit. vitrioli, spir. salis an. ℥ iii.*

Stent per 24. horas in digestionem, deinde filtretur & servetur ului.

Dosis à gutt. vi. vii. viii. ix.

275. Liqueur Stypticus internus
D. Bucretii.

℥ Terræ sigillat. opt. q. v. superfundatur spiritus vitrioli rectificat. ad digitor. ii. emine etiam, abstrahere spiritum vitrioli in arena, novumque spiritum relitæ in retorta massæ superfunde, eundemque abstrahere, & hoc tertia vice repete, massam relictam duram, in cella in tabula vitrea solve, solutum filtra & serva.

Deprædicatur tanquam arcanum singulare infrib. malignis, ubi vomitus & alvi fluxus nimius, item in dysenteria epidemica.

Dosis infantibus ad gutt. v. vi. adultis ad gutt. xx.

276. Lixivium Diureticum D. Sydenham.

Recip. Cinerum Genistæ ℥ i. vini Rhenan. ℥ iv.

Infundantur frigide, addendo

Fol absinth. vulg. P. ii.

Liqueur postea filtretur.

Dos. ℥ iv. manè, hora quinta pomeridiana, & sero, in Hydrope.

277. Looch ad Linguae nigredinem in Febris
ardentibus Riverii.

℞ Succ. lactucæ, succ. sempervivi, succ. limon. an. ℥ i.
mucilag. sem. cydon. sacch. cand. an. ℥ ss. sacch. alb. q. s. M.

278. Magisterium Anodinum D. Mercklini, Fil.

℞ Medull. unicorn. fossil. ℥ ii. Oc. cancr. crud. ℥ iv.
matr. perlar. præp. C. C. phil. præp. an. dr. i. magist. oss.
sepia, terræ lemn. ver. an. ℥ ii. crystall. mont. præp. be-
zoart. Jovialis, regul. antimonii medic. diaphor. laud.
opiat. an. ℥ i. fol. auri N. 2.

M. F. Pulvis.

279. Magisterium Epilepticum D. Maii.

℞ Magist. perlar. magist. corallor. magist. C. C. an. ℥ ss.
cran. human. ungu. alcis an. gr. xv. fecul. pæon. fecul. bry-
on. an. ℥ ss. cinnab. antimonii ℥ ss. sacch. cand. alb. dr. i. ss.
M. F. Magisterium.

280. Manna soluta seu liquida D. Jac. Vvepfferi.

℞ Gremor. tartari dr. ii. aquæ fontan. ℔ i.

Coq. ad dissolutionem crem. tartari, deinde adde
mannæ unc. ii. succ. citr. recent. ℥ i.

Ebull. semel & cum album. ovi clarific. colet vel
filtretur ad ℥ viii. quibus adde

Spiritus citri ℥ ii.

Atque he unc. viii. unam dosin constituunt, &
ad præscriptum Medici illicò parari possunt. Pos-
sunt tamen una vice plures doses parari ac serva-
ri, usque dum unam, nempe ℥ viii. Medicus præ-
scribit. Ad aliquot enim dies facile servatur.

281. Mars

281. Mars Potabilis D. Bernh. Herlini.

℞ *Limat. matris unc. vi.*

Superfundantur guttatim

Spiritus Nitri ℥ ii. & spir. vitrolis unc. i.

Cum spatula ferrea sæpius materiam in fundo agita, me indurescat. Postea adde

spiritus vin. opt. unc. vi.

Stent iterum per dies 3. postea filtretur per chartam & servetur usui.

282. Mithridatium Puerorum D. Mercklini, Fil.

℞ *Mithridat. Damocr. opt. unc. ii. magist. anodyn. Merckl. dr. i. M.*

283. Mixtura antipleuritica D. Jac. Hadden,

℞ *Succi taraxac. depur. ℥ i. ss. aq. plantag. aq. card. bened. aq. scabiosæ, syr. papav. errat. an. unc. i. ocul. cancr. præp. dr. ss.*

• N

Sumat æger de hac mixtura singulis semihoris cochleare unum alterumve.

284. Mixtura ad Asthma mihi familiaris.

℞ *Oxymell. squillit. syr. enulæ camp. syr. de erysim. Lob. an. ℥ i. Pulv. gumm. ammoniac. ℥ i. sp. lig. guajac. dr. i. ss. Essent. Croci dr. iii.*

M. pro aliquot vicibus.

285. Mixtura Asthmatica Vvilh. Reg. Angl.

℞ *Aq. carbunculi unc. ii. Mell. squillit. unc. i.*

M. fumatur cochleatim.

286. Mix-

286. Mixtura detergens ad Ulcera fordida
D. Morelli.

℞. Myrrhæ, aloes an. ℥. ii. vitriol. alb. ℥. i. spir. vini ℥. i. succi chelidon. ℥. ii.

Applicetur aut per syringam injiciatur parti ulceratæ.

287. Mixtura excellens ad Dolorem Hæmorrhoidum D. Barbette.

℞. Lithargyr. aur. cerussæ lotæ, plumbi usti an. ℥. i. aq. plantag. ℥. v.

M

Qua hæmorrhoides laventur, & lintea madefacta imponantur.

288. Mixtura ad Gingivarum erosionem
scorbuticam D. Ettmulleri.

℞. Crem. aq. calois vivæ innatantis ℥. iii. gumm. lacc. ℥. ii. vitriol. cypr. gr. vi. aq. rosar. aq. salviæ ana ℥. i. β.

Solve calore leni ut probe imprægnetur à lacca, eaque laventur gingivæ.

289. Mixtura Hypochondriaco-scorbutica
D. Michaelis.

℞. Herb. cochlear. super recentem herbam cochlear. rectificat. ℥. ix.

Spiritus vitrioli martis rectif. ℥. iii. spir. tartari rectif. ℥. vi.

M. & rectifica per retortam igne aperto.

Usus est insignis in affectu hypochondriaco cum scorbutico conjuncto & obstructionibus hypochondriorum.

Dosis gutt. xx. ad xxv.

290. Mix-

290. Mixtura Odontalgica.

℥ Cort. rad. hyoscyam. cort. rad. mandrag. an. ℥. iii. cort. rad. pyreth. ℥. i. ℥. cort. alt. ℥. ℥. ras. lign. guajac. ras. lign. buxi an. ℥. vi. caric. pingnium, capit. papav. alb. an. N. iv. mastich. dr. i. Fl. balaust. flor. rosar. rub. an. P. ii. Fl. melilot. Flor. malv. an. M. ℥. Fol. serpill. fol. salv. an. P. iv. CC. raspat. dr. vi.

Coq. in f. q. aquæ simpl. Colatur.

℥ ℥. i. adde

℥ mell. anthos. syr. de papav. an. ℥ i. laud. opiat. gr. i.

M.

291. Mixtura ad Vomitum sanguinis
D. Sylvii.

℥ Aq. plantag. ℥ ii. aq. cinamom. dr. vi. aceti still. ℥ ℥ corall. rub. præp. ℥ ℥. sang. dracon. ℥ ℥. laud. opiat. gran. ii. syr. myrtin. unc. i.

M.

Hæc mixtura cochleatim sæpius assumpta curabit plerasque vasorum ruptiones, & supra multorum expectationem sanguinis effluxum brevi tollet.

292. Morsuli ad Phthisin D. Grulingii.

℥ Pistac. mundat. ℥ i. pinear. præp. amygd. dul. excort. an. ℥ vi. sem. melon. sem. cucurbit. excort. an. unc. ℥ spec. diatrag. frig. dr. ii. spec. diarrhod. Abbat. spec. diatrion. santal. amyli an. ℥ iv. sacch. penid. ad P. O. sacch. alb. in aq. borrag. & scabios. solut. q. s.

M. F. Confectio in Morsulis.

293. Morsuli ad Sodam seu ardorem Ventriculi
D. Dolæi.

℥ Crete præp. unc. i. ocul. cancr. ℥ ℥.

Abluantur ter vel quater aqua borraginis.

G

adde

adde boli armen. \mathfrak{z} . ii. β . corall. rub. præp. \mathfrak{z} . ii. margarit. præp. \mathfrak{z} . i. nuc. moschat. \mathfrak{z} . β . sacch. alb. \mathfrak{z} . ix.
cum. aq. rosar. F. l. a. Morfuli.
Dof. unc. β . in pueris \mathfrak{z} . i.

294. Morfuli ad Urinæ acrimoniam mitigandam
D. Langii.

\mathfrak{z} . Pinear. aq. rosar. lotar. \mathfrak{z} . ii. sem. melon. \mathfrak{z} . iv.
gumm. arab. gumm. tragacanth. an. \mathfrak{z} . i. gum. cerasor.
rad. liquirit. an. \mathfrak{z} . β . cinamom. \mathfrak{z} . i. sacch. penid. unc. i.
sacch. alb. in aq. rosar. & malvæ an. q. s. solut. unc. iv. β .
F. l. a. Morfuli, pondere \mathfrak{z} . i. β .

295. Narcoticum D. Becheri:

Recip. Vitrioli leni calore ad rubedinem calcinati.
q. s. affunde

Spiritus ardent. sacch. saturni, spir. vin. aliquoties
super calcem vivam rectif. an.

Digere per mensem & destilla, sublimabitur, sul-
phur. album, cujus

Dosis gr. v.

296. Nodulus Hystericarum naribus
adhibendus D. Sydenham.

Recip. Galban. asafæt. an. \mathfrak{z} . ii. castor. dr. i β . sal.
vol. succin. dr. \mathfrak{z} . β .

M. F. Nodulus.

297. Nodulus contra Vermes D. Franci.

Recip. Rad. cichor. rad. scorzon. ras. C. C. a. a unc.
 β . rad. cav. sem. cin. an. \mathfrak{z} . v. corallin. \mathfrak{z} . iii. rad. di-
ctamn. alb. agar. trochiscat. rhabarb. el. an. dr. ii. cent.
minor. lupul. an. P. ii. absinth. P. i. croc. \mathfrak{z} . i. M.

298. Odonticum Tartari D. Fr. Zobelii.

Recip. *Tartari opt. pulverisat. tritic. select. an. ℥. iii.*

Indantur retortæ vitreæ, apponantur in Capellam cum Recipiente, destilla gradatim ad empyreuma usque, tunc separa oleum a liquore, & rectifica tertia vice tribus vicibus, cum *Lateribus pulverisatis*, donec clarum & lucidum appareat.

Remedium hoc dolores dentium à quacunque causa tollit, applicatur bombace dolenti aut excavato denti, reiteratur hæc applicatio, usque omnis dolor evanescat, & tum os calido vino eluatur.

299. Oleum Ægirinum D. Henr. Scretæ.

Fit ex infusione *Ocul. popul. in ol. amygd. amar. fact. an. part. equal.*

Usus est anodynus, cum primis in otalgia, præmissis clysmatibus, purgatione & V. S. c. *melle rosar.* mixtum auribus calide instillatur.

300. Oleum Anodynum refrigerans D. Cnoffelii.

Rec. *Ol. sperm. ranar. ol. lumbric. ol. ex succo cancr. an. ℥. ss. medull. crur. boum ℥. iv.*

His mixtis immergantur.

Fol. hyoscyam. fol. solan. fol. semperviv. an. unc. i. ℥. Fl. nymph. Fl. verbasc. Fl. sambuc. Fl. rosar. an. unc. ii.

Digerantur aliquandiu, postea coquantur leniter, & ad humiditatis exhalationem, colentur, post exprimantur fortiter. Omnes dolores calidos mitigat, in febribus ardentibus spina dorsi eo inungenda est.

301. Oleum contra Calculum Landgr. V Vilhelm.

℥. Olei spic. ol. juniper. ol. petrol. ol. amygd. amar. ol. rosar.

resar. ol. chamomil. olei lilior. alb. olei scorpion. ana 3i.
M. & inungatur regio pubis.

302. Oleum Cordiale D. Bierlingii.

℥ Ocul. cancr. rasur. ebor. corallor. perlar. matr. perlar. an. q. v.

Contunde omnia minutim, affunde spiritum salis, & pone in cellam donec solvatur, denuò affunde spiritum salis usque dum lapides solvantur, postea inde cucurbitæ, ponæ in arenam, destilla spiritum salis ad ficitatem usque, residuum repone in cellam, sic solvetur & in oleum mutabitur, quod filtrandum est.

303. Oleum Febrifugum D. Andr. Cnoffelli.

℥ Ol. hyper. 3 viii. ol. rut. ol. absinth. ol. lumbr. terrestr. ol. viperar. an. unc. iv.

quibus mense Julio (sole existente in signo leonis seu virginis) immergantur

Bufon. vivent. N. ii. aranear. vivent. maj. N. 100. scorpion. N. 150. theriac. opt. unc. i.

Mixta insolentur per duos menses in lagena vitrea probe clausa, post oleum colatur, cui ultimò adde

Axurg. serpent. 3 β. olei rutæ ol. citri, ol. juniper. dest. an. 3 viii.

fiatque oleum febrifugum & alexipharmacum.

304. Oleum Galbanetum Paracelsi ad Colicam.

℥ Gum. elemi, gum. bedereæ, gum. galban. ol. laurin. an. part. æq.

Destillantur in arena per retortam, servetur seorsim primum aqua, deinde oleum clarum, tertio oleum crassum instar mellis, quo imprimis utendum, ac totus venter illinendus.

305. Oleum

305. Oleum ad Gravitationem auditus D. Nævii.

℞ *Fol. rutæ, fol. serpilli an. P. iiii. fol. organ. Cret. P. ii. fel. apri in vesicula sua exsicc. ʒ i. Euphorb. ʒ ʒ belleb. alb. Castor. an. dr. i. lumbric. terrest. dr. ss. apum siccatar. ʒ i. pulp. colocynth. dr. ss. vitriol. præp. scr. i.*

Incisa & contusa grosso modo infundantur in
ol. amygd. amar. unc. ii. ʒ. ol. rutæ. unc. i. aq. vit. unc.
x. ol. laur. dr. ii. ss.

Stent in loco tepido per 2. vel 3. dies, dehinc bulliant ad aq. consumptionem, postea colentur, & colatura servetur.

De hoc oleo guttæ iiii. circiter auri instillantur.

306. Oleum ad Guttam rosaceam D. Sennerti.

℞ *Tart. albiss. alumin. nitri an. part. iv. sulph. part. i.*

Contrita calcinentur, & in cella per deliquium inde oleum fiat.

307. Oleum Hispanicum ad Vulnere brevitempore sananda.

℞ *Ol. vetustissimi ʒ iiii. terebinth. puræ unc. ii. tritici integri unc. i. ss. hypericon. rad. card. bened. rad. valerian. an. ʒ ii. Thuris pulv. unc. ii.*

Rad. & herbæ grosso modo contundantur, & in vino immergantur ac per triduum macerentur, hinc oleum & triticum adjiciantur & coquantur ad vini consumptionem & colentur, colat. adde terebinth. & Thus iterum parum bulliant.

308. Oleum Hyperici ad Herniam D. Solenandri.

℞ *Ol. opt. ʒ i. ss. sem. ʒ flor. hyperic. ʒ ix. vini malvat. ʒ viii. rad. tormentillæ ʒ iiii. myrrhæ gum. elemi. sarcocol. læ, thuris, aloes hepat. an. ʒ i. ss. lumbric. vino lotor. ʒ iiii.*

Concisa & contusa misceantur & bulliant ad consumptionem humiditatis in vase duplici, deinde exprimatur oleum, cui adde

Croci ℥ iv. lachrym. abjetis vel terebinth. puræ ℥ ss. flor. matur. hyperic. M. i.

Infunde per dies 8. ad solem aut in loco calido, deinde expressis atque abjectis floribus alii recentes injiciantur, idque quater repetatur.

309. Oleum Oculorum cancrorum ad Calculum Hattmanni.

℥ Pulv. ocul. cancr. ℥ v. ol. tartari per deliq. unc. vi.

Mista digerantur in Balneo vel fimo equino per xv. dies, postea coagula materiam in phiola in arenam collocata. Tandem pulverisa, pulverem cum sp. vini extrahe, & in formam olei spississimi (abstrahendo inde spiritum vini) redige.

Dos. gutt. iv. ad. vi. in aqua conveniente, sed eodem tempore æger balneo oppropriato infideat.

310. Oleum Pestilentielle D. Coci.

Recip. Olei terebinth. ℥ v. cinam. opt. ℥ i. croc. integr. ℥ ss. succin. alb. macis an. unc. i. sulphuris viv. ℥ iv. rad. olsnitii unc. i. nuc. mosch. N. vi. zedoar. ℥ i. polypod. ℥ vi. Destill. s. a.

311. Oleum contra Podagram D. Bierlingii.

Recip. Mellis ℥ ii. Vitrioli calcin. ℥ i. spir. vin. rectif. ℥ ss. later. ℥ i.

Destill. per retortam. Primò egredietur phlegma, deinde aucto igne spiritus prodibunt & oleum, membrum affectum inunge hoc oleo.

312. Oleum ad Strumas D. Coci.

℞. Olei baccar. laur. unc. vi. ol. philosoph. unc. iii. thur. alb. gum. arab. an. unc. ii. mastich. terebinth. an. unc. iii.

M. ac destill. per alembicum vitreis organis.

Recip. *Primi destillat. liquor. quantum perfluxerit, adde ciner. quercin. dimid. part. commisce indatur alio vitro atque destill. secunda vice.*

Hic liquor destillatus servetur usui.

313. Oleum contra venena Magn. Duc. Etrur.

℞. Olei vetust. ℔. vi. ol. scorp. purgat. per 4. dies cum basilic. sicc. ℔. v.

Pone in boccia hermetice clausa per 30. dies in sole, tunc bulliant in M. B. per 6. horas, exprime, adde

Rad. bistort. rad. gentian. rad. tormentill. rad. vince. tox. rad. imperat. ana ℥. ii.

Bulliant per 4. horas, exprime, colat. adde

Rhab. elect. myrrh. aloes, xyloaloes, croc. an. ℥. i. ℔.

Iterum per 6. horas bulliant, exprime, cola, adde

Theriac. mithridat. an. unc. ℔.

M. Inungitur pulsibus exterius singulo triduo ad minimum semel. Interne datur cum aceto destill. in febr. malignis ad gutt. iv. cum aqua citr.

314. Ophtalmicum Venereum D. Bierlingii.

℞. Veneris flav. aurichalc. bracteate. an. ℥. ii. vin. malvatic. sesquialibr.

Pone ad solem in vitr. bene clauso, donec liquor viridis, & transparens instar smaragdi fiat.

Convenit in omni ulcere oculorum & macula delenda.

315. Opiatum cordiale ejusdem.

℞ Confect. alkerm. ℥℥. conserv. rad. bugloss. unc. i.
conserv. flor. rosar. unc. ℥. spec. diamarg. frig. dr. i. cum
syr. de pomis redolent.

F. Opiatum.

316. Orvietanum D. Secreta.

℞ Rad. angel. rad. cardopat. rad. fraxinell. an. ℥ iii.
rad. enul. camp. rad. zedoar. rad. tormentill. an. unc. ii.
cort. citr. cort. Vvinteran. an. unc. i. fol. dictamn. cret. fol.
scord. fol. rutæ, flor. rosar. rubr. an. unc. ℥. sem. fœnicul.
unc. ii. gumm. ammoniaci, gum. galban. myrrh. croc. an.
unc. i. zingib. cinamom. caryoph. an. unc. ℥. terræ sigil-
lat. fl. sulphuris, unic. fossil. C.C. phil. an. unc. i. ss. anti-
monii diaph. ℥ iii. opii correct. caphur. an. ℥ ii. nitri, C.C.
volat. succin. alb. aloes, an. unc. ℥. succ. citr. rec. q. s. ad
humectationem pulverum omnium, mell. juniperi ℥ iv.

M. pone ad fermentationem per aliquot menses.

317. Panacea Antifebrilis D. Craanen.

℞ Antimonii crud. ℥v. salis tartari opt. ℥i. sal. com. ℥ iv.

Mixta indantur crucibulo & ad fluorem redigantur,
inque eo detineantur per horam unam aut alteram,
Regulo abjecto scorix eluantur, siccentur, & in pul-
verem tenuissimum, si exhibere volueris, conterito,
donec scintillæ dispareant, pulvisque referat colorem
obscure rubrum.

Dosis hujus pulveris bene præparati est scr. ℥. ad
gran. xii. & scr. i.

Nota, hic Pulvis sæpe est vomitivus, qui tamen
facile aut detonatione nitri aut forte fumo sulphuris
tollitur. Pulveri adde chinæ chin. unc. ℥. F. Pulvis
antifebrilis.

318. Panacea D. Muffatii.

Recip. *Extract. lign. aloes* ℥ i. *laud. opiat.* Querc. ℥ i.
℞. ambr. gryf. unc. ℞. salis volat. viper. scr. i. magist. auri
dr. ii. ol. rosar. ver. scr. ℞. ol. canell. gr. v.
 M. F. Panacea in desperatis.

319. Panis Martius laxativus D. Sennerti.

℥ *Amygd. dul. excort. ℥ i. ss. sem. melon. excort. dr. ii.*
pulv. mechoac. alb. unc. i. sacch. alb. unc. ii. C. C. præp. mu-
cilagin. trag. cum aq. rosar. fact. an. dr. i. cum ss. q. aq. rosar.

F. l. a. Panis Martius.

Dos. pro infant. ℥ iii. ad unc. ss. pro adultis dr. vi. vel
 etiam plus Commendatur ad Dysenteriam.

320. Pasta Regalis ad Hecticos restaurandos
Riverii.

℥ *Pulpæ Capon. & perdicis elix. an. ℥ iii. amygd. dul.*
in aq. rosar. macerat. unc. iv. pinear. unc. i. ss. sem. pa-
pav. alb. ℥ ii. gum. arab. gum. tragac. an. dr. i. ss. Man.
Christi perlat. unc. ii. cum aq. rosar.

F. Pasta Regalis auro obducenda.

321. Pasta pro placentulis in extincta Virilitate.
D. Cnoffelii.

℥ *Amygd. dulc. excort. pinear. mundat. pistac. non ran-*
cid. decoct. an. ℥ iv. pulp. capi. assati, pulp. perdic. assat.
an. unc. i. ss. dactylor. uvar. damasc. enucleat. an. unc. i.
cerebell. passerum. in æquinoctio verno captor. & aq. ci-
namom. ablutor. N. xxx. renum. cuniculor. N. iv. rad.
eryng. condit. rad. satyr. condit. an. unc. i. cinam. acut. ℥
ii. cassiæ caryoph. pulv. viper. an. ℥ vi. carnis stinci mari in
dr. v. ambr. gryf. dr. ii. mosch. elect. scr. ii. sacch. alb. ss. ℥ ii.

Om-

Omnia optime miscendo, redigantur in massam tenacem, ex qua postea formentur panes dulciarii, qui sensim exsiccandi & *auri foliis* obducendi sunt.

Dos. a ℥ii. ad dr. ss. ante ingressum lecti.

322. Pastilli Apophlegmatizantes D. Morelli.

*℥ Sem. staphysagr. sem. cubeb. an. ℥ ii. rad. pyrethr
℥ ss. Excipiantur mastiche & Cera:*

F. Pastilli manfiles.

323. Pessarium ad Foetum mortuum Riverii.

℥ Rad. aristol. rot. rad. ireos, rad. belleb. nigr. colocynth. myrrhæ an. ℥ i. galban. opopanax. an. dr. ss.

Cum folle Bovis.

F. Pessarium.

324. Pessarium in immodicis Uteri hæmorrhagiis
D. Albrecht, M. Hildesheim.

℥ Pulv. rad. histore. pulv. rad. consolid. major. pulv. rad. tormentill. pulv. gallar. an. ℥ iii. succ. acac. sang. dracon. thur. mastich. an. dr. ii.

Mixtura excipiantur album. ovor. & mucilag. tragacanth. cum aq. fol. quercus facta, fiat Pessarium synd. rubr. obduc. D. cum annexis filis, quod deinde in aq. ferrariorum chalybeat. intinguendum & applicandum est.

325. Pessus Hystericus, D. Vvedelii.

℥ Sem. nigell. myrrh. an. ℥ ii. fol. salv. dr. i. castor. ℥ i. gall. moschar. ℥ ss. mosch. zibeth. an. gr. ii. ladan. styrac. liquid. an. q. s.

M. F. Pessus, qui syndone alligetur, & alligato filo immittatur.

326. Pilæ Hystericæ D. Jac. Vvepfferii.

Recip. *Castor.* ℥ ii. *asæ fœtid.* ℥ ii. *succin. præp. dr. i.*
sem. rut. dr. ℥. *sem. nigell.* ℥ i. *sem. angelic.* ℥ ℥.

F. Pulvis, M. *coxymel simpl.* ut fiat Massa, quam
 synd. rubr. insue, quarum una pond. ℥ ii. fœminis pas-
 sioni hystericæ obnoxiiis collo appendatur, & mamilla-
 rum interstitio serico filo appensa, continuè gestetur.

327. Pilulæ Anticolicæ D. Vvillis.

Recip. *Milleped. præp.* ℥ ii. *flor. sal. armoniac. tartar-*
isat. dr. i. ol. nuc. moschat. ℥ ℥. *terebinth. q. s.*

M. F. Massa.

Quæ efformetur in Pilulas, sumantur iij. vel iv. se-
 mel vel bis in die, superbibendo *aq. anticolicæ nostræ*
